ari spinis coronari sputis cōspui

colaphis cedi clauorū aculeis pfora
ri in cruce leuari atq3 inter latrones
deputari felle et aceto potari lancea
uulnerari crucifigi mori sepeliri.
Tu domine p has sanctissimas pe
nas tuas quas ego indignus famu
lus tuus tibi recolo ab omnibus pe
nis inferni et ab omnibus temp
tationibus dyaboli me patrem et
matrem fratres sorores. propīquos
amicos benefactores et omīs fideles
xpīanos in omnibus bonis mul
tiplica et conserua et a criminibz
semp emunda: et per sanctā crucē
tuam salua nos semp et illuc per
duc nos miseros peccatores quo p
duxisti crucifixum latronē et oēs

sancti nominis tui confessores. Qui
uiuis et regnas deus. Per omnia
secula seculorum amen. Oratio.
Ave domine ihesu christe u
erbum patris filius uirginis
agnus dei salus mundi hostia sa
cra uerbum caro fons pietatis. Aue
domine ihesu christe. laus angelorum
gloria sanctorum uisio pacis deitas
integra uerus homo flos et fructus
uirginis matris. Aue domine
ihesu christe splendor principis patris
ianua celi panis uiuus uirginis
partus uas puritatis. Aue do
mine ihesu christe. lumen celi precium
mundi gaudium nostrum angelorum
panis cordium iubilatio rex et spo

sus uirginitatis. Aue domine
ihesu xpriste uera dulcis ueritas su
ma premiũ nostrũ caritas uera fons
amoris pax dulcedo requies nostra
uita perhennis. Orõ ad xpristum.

Aue uerum corpus dñi ihũ
xpristi natũ. de maria uirgi
ne. Aue uere passum ĩmolatum in
cruce pro homine. Cuius latus pfo
ratum uere fluxit sanguine. Esto
nobis pregustatũ mortis in exami
ne o dulcis o pie o ihesu fili marie
miserere nostri amen. Alia oratio.

Aue caro xpristi cara ĩ immola
ta crucis ara. Pro redemptis
hostia. Morte tua nos amara fac
redemptos luce clara. Tecum sum

gloria. Amen. Oratio ad xpristum

Anima xpristi sanctifica me. Corpus xpi salva me. Sanguis xpristi inebria me. Aqua lateris xpi lava me. Passio xpristi conforta me. O bone ihu exaudi me. ne permittas me seperari a te. ab hoste maligno defende me. In hora mortis voca me. et pone me iuxta te ut cum angelis tuis laudē te in secula seculorum. Amen. Oratio devota.

Ave principiū nostre creationis. Ave preciū nostre redēptionis. Ave viaticum nrē peregrinationis. Ave premiū nostre expectationis. Ave mūdissima caro xpi filii dei vivi miserere mei et cō

cede michi famulo tuo .N. ut in finē
uite mee tuū sacrosanctū corpus
uere passū uere ualeam cognoscere
et te fideliter adorare et fideliter acci
pere merear. Amen. Cuilibet dicenti
hanc orōnem inter eleuationē cor
poris xp̄i et terciū agnus dei dn̄s p
bonifacius. Sextus concessit du
o milia annorum indulgentiarū ad
supplicationē philippi regis francie.

Domine ihesu xpriste Orō.
qui hanc sacratissimam
carnem et preciosum sanguinem
tuū de gloriose uirginis marie u
tero assumpsisti et eundē sangui
nē de sanctissimo latere tuo in a
ra crucis pro salute nr̄a effudisti

et in hac gloriosa carne a mortuis resurrexisti et ad celos ascendisti et iterum venturus es iudicare vivos et mortuos in eadem carne libera nos per hoc sacrosanctum corpus tuum quod modo tractatur in altari manibus sacerdotum ab omnibus immundiciis mentis et corporis et ab universis malis presentibus preteritis et futuris. Amen.





Incipiunt septem psalmi penitenciales. Ant. Ne reminiscaris. Ps. d.


Domine ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me. Miserere mei domine quoniam infirmus sum sana me domine quoniam conturbata sunt omnia ossa mea. Et anima mea turbata est valde sed tu domine usquequo. Convertere domine et eripe animam meam salvum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam non est in morte qui memor sit tui in inferno au

tem quis confitebitur tibi. La
boraui in gemitu meo lauabo per
singulas noctes lectū meū lacrimis
meis stratum meū rigabo. Tur
batus est a furore oculus meus in
ueteraui inter oīs inimicos meos.
Discedite a me oēs qui operamini
iniquitatem qm̄ exaudiuit dn̄s uo
cem fletus mei. Exaudiuit dn̄s
deprecationem meam dn̄s orōnem
meā suscepit. Erubescant et co
turbentur uehementer oēs inimi
ci mei conuertantur et erubescant
ualde uelociter. Gloria. Ps. dd.
Beati quorum remisse sunt
iniquitates et quorum tecta
sunt peccata. Beatus uir cu

non imputauit dñs peccatũ nec
est in spiritu eius dolus. Quoniam ta-
cui inueterauerũt ossa mea dum
clamarem tota die. Quoniam die ac
nocte grauata est sup me manus
tua conuersus sum in erũpna me-
a dum configitur spina. Delic-
tũ meum cognitum tibi feci et in-
iusticiam meã non abscondi. Dixi
confitebor aduersũ me iniusticiam
meã domino et tu remisisti ĩpietatẽ
pctĩ mei. Pro hac orabit ad te o-
nis sanctus in tempore oportuno.
Verumtamen in diluuio aquar
multarum ad eũ non approxima-
bũt. Tu es refugiũ meũ a tribu-
latione que circumdedit me exulta

tio mea erue me a circumdantibus
me. Intellectum tibi dabo et in
struam te in uia hac qua gradieris
firmabo sup te oculos meos. No
lite fieri sicut equus et mulus quib;
non est intellectus. In chamo et
freno maxillas eorũ constringe qui
non approximant ad te. Multa
flagella peccatoris sperantem autẽ
in domino misericordia circunda
bit. Letamini in dño et exulta
te iusti et gloriamini oms rcti corde.

Domine ne in furore tuo ps.
arguas me neq; in ira tua
corripias me. Qm sagitte tue in
fixe sũt michi et confirmasti super
me manũ tuã. Non est sanitas



in carne mea a facie ire tue non est pax
ossibus meis a facie peccator' meor'.
Quoniam iniquitates mee supgresse st'
caput meum et sicut onus grave gra
vate sunt sup me. Putruerut et
corrupte sunt cycatrices mee a facie
insipiencie mee. Miser factus su
et curvatus sum usq; in finem tota
die contristatus ingrediebar. Quoniam
lumbi mei impleti sunt illusionibz
et non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum et humiliatus
sum nimis rugiebam a gemitu
cordis mei. Domine ante te om
ne desiderium meu et gemitus me
us a te non est absconditus. Cor
meu conturbatum est dereliquit

me uirtus mea et lumen oculorum meo
rum et ipsum non est mecum. Amici
mei et proximi mei aduersum me
appropinquauerunt et steterunt. Et
qui iuxta me erant de longe steterunt
et uim faciebant qui querebant ani
mam meam. Et qui inquirebant
mala michi locuti sunt uanitates
et dolos tota die meditabantur. Ego
autem tanquam surdus non audiebam
et sicut mutus non aperiens os su
um. Et factus sum sicut homo
non audiens et non habens in ore
suo redargutiones. Quoniam in te do
mine speraui tu exaudies domine deus
meus. Quia dixi nequando su
pergaudeant michi inimici mei et

dum commouentur pedes mei sup
me magna locuti sūt. Qm ego
in flagella paratus sum et dolor me
us in conspectu meo semp. Qm
iniquitatem meā annuntiabo et
cogitabo pro pctō meo. Inimici
autē mei uiuunt et confirmati sūt
sup me et multiplicati sūt qui ode
runt me iniq. Qui retribuunt
mala pro bonis detrahebāt michi
qm sequebar bonitatē. Ne dere
linquas me dn̄e deus meus ne dis
cesseris a me. Intende in adiu
toriū meū dn̄e deus salutis mee. ps.
Miserere mei deus secūdū. ps.
magnā mīam tuā. Et
secundum multitudinē miseratio

num tuarum dele iniquitatē meā.
Amplius laua me ab iniquita
te mea ⁊ a pcō meo mūda me. Qm̄
iniquitatem meā ego cognosco et
peccatū meū contra me est semper.
Tibi soli peccaui et malum corā
te feci ut iustificeris in sermonibus
tuis et uincas cū iudicaris. Ecce
enī iniquitatibus conceptus sum
et in peccatis concepit me mater
mea. Ecce enī ueritatē dilexisti
incerta et occulta sapientie tue ma
nifestasti michi. Asperges me do
mine ysopo et mundabor lauabis
me et sup niuem dealbabor. Au
ditui meo dabis gaudium ⁊ leticiā
et exultabūt ossa humiliata. Aū

te faciem tuam a peccatis meis et
omnes iniquitates meas dele. Cor
mundum crea in me deus et spiri
tum rectum innova in visceribus me
is. Ne proiicias me a facie tua et
spiritum sanctum tuum ne auferas a
me. Redde michi leticiam saluta
ris tui et spiritu principali confirma
me. Docebo iniquos vias tuas
et impii ad te convertentur. Li
bera me de sanguinibus deus deus
salutis mee et exultabit lingua
mea iusticiam tuam. Domine la
bia mea aperies et os meum annuncia
bit laudem tuam. Quoniam si voluisses
sacrificium dedissem utique holo
caustis non delectaberis. Sacri

ficiū deo spūs contribulatus cor con
tritū et humiliatū deus nō despicies
Benigne fac dñe in bona volun
tate tua syon ut edificentur muri
iherusalem. Tunc acceptabis sa
crificiū iusticie oblationes et holocau
sta tunc imponēt sup altare tuum
vitulos. Gloria pri. ps.
Domine exaudi orationem
meā: et clamor meus ad te veniat.
Non avertas faciē tuā a me in
quacūq; die tribulor inclina ad me
aurem tuā. In quacūq; die in
vocavero te velociter exaudi me.
Quia defecerūt sicut fumus dies
mei et ossa mea sicut cremiū aruc
rūt. Percussus sū ut fenum et

aruit cor meum quia oblitus sum co
medere panem meū. A voce gemi
tus mei adhesit os meum carni mee.
Similis factus sū pellicano soli
tudinis factus sū sicut nocticorax ī
domicilio. Vigilaui ⁊ factus sū
sicut passer solitarius in tecto. To
ta die exprobrabant michi inimici
mei et qui laudabant me aduersū
me iurabant. Quia cynerē tam
quā panē manducabam et pocu
lū meū cū fletu miscebā. A facie
ire indignationis tue quia eleuās
allisisti me. Dies mei sicut um
bra declinauerunt ⁊ ego sicut fenū
arui. Tu autē dñe in eternū p
manes et memoriale tuū in gene

ratione et generatione. Tu exur-
gens domine misereberis syon quia
tempus miserendi eius quia venit
tempus. Quoniam placuerunt servis
tuis lapides eius et terre eius mise-
rebuntur. Et timebunt gentes
nomen tuum domine et omnes re-
ges terre gloriam tuam. Quia edi-
ficavit dominus syon et videbitur
in gloria sua. Respexit in orationem
humilium et non sprevit precem eorum.
Scribantur hec in generatione
altera et populus qui creabitur lau-
dabit dominum. Quia prospexit de ex-
celso sancto suo dominus de celo in ter-
ram aspexit. Et audiret gemitus
compeditorum ut solveret filios in

teremptorum. Ut annunciaent in
syon nomen domini et laudem eius
in iherusalem. In conveniendo
populos in unum et reges ut servi
ant domino. Respondit ei in via
virtutis sue paucitatem dierum meorum
nuncia michi. Ne revoces me in
dimidio dierum meorum in generati
one et generationem anni tui. Ini
tio tu domine terram fundasti et opa
manuum tuarum sunt celi. Ipsi pe
ribunt tu autem permanes et omnes
sicut vestimentum veterascent. Et
sicut opertorium mutabis eos et mu
tabuntur tu autem idem ipse es et anni
tui non deficient. Filii servorum
tuorum habitabunt et semen eorum in

seculũ dirigetur. Gloria pri. Ps:
De profundis clamaui ad te domine dñe exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes in vocem deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris domine dñe quis sustinebit. Quia apud te propitiatio est et propter legem tuã sustinui te dñe. Sustinuit aĩa mea in verbo eius sperauit anima mea in dño. A custodia matutina usq; ad noctem speret israel in dño. Quia apud dominũ misericordia et copiosa apd eũ redemptio. Et ipse redimet israel ex omnibus iniquitatibz eius. Gloria pri. Psalmus.

Domine exaudi orõnem meã
auribus pcipe obsecrationẽ
meam in veritate tua exaudi me i
tua iusticia. Et non intres in
tres in iudicium cum servo tuo q̃a
non iustificabitur in conspectu tu
o omnis vivens. Quia psecut⁹
est inimicus animam meã humi
liavit in terra vitã meã. Collo
cavit me in obscuris sicut mortu
os seculi et anxiatus est sup me
spiritus meus in me turbatũ est
cor meũ. Memor fui dierũ anti
quorum meditatus sũ in omnibus
operibus tuis in factis manuum
tuarũ meditabar. Expãdi ma
nus meas ad te anima mea sicut

terra sine aqua tibi. Velociter ex
audi me dñe defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuā a me et
similis ero descendentibus in lacū.
Auditā fac michi mane mīam
tuam quia in te speraui. Notam
fac michi uiam in qua ambulem
quia ad te leuaui animam meā.
Eripe me de inimicis meis dñe
ad te confugi doce me facere uolun
tatē tuā quia deus meus es tu.
Sp̄s tuus bonus deducet me ī
terram rectam propter nomē tu
um dñe uiuificabis me in equita
te tua. Educes de tribulatione
aīam meam et in misericordia
tua disp̄des oīs inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant
animam meā quoniam ego ser
uus tuus sum. Gloria patri. Aña.
Ne reminiscaris domine delicta me
a uel parentum nřorū neq₃ uindic
tā sumas de peccatis nřis. Incipiunt
quindecim psalmi. Aña. Parce dñe.
Ad dominū cum tribularer. ps.
Leuaui oculos meos ī mōtes.
Letatus sum in hijs q̄ dicta. ps
Ad te leuaui oculos meos. ps.
Nisi quia dñs erat in nobis. ps.
Qui confidunt in dño. psalm'
In conuertendo dominus. ps.
Nisi dominus edificauerit. ps.
Beati oēs qui timent dñm. ps
Sepe expugnauerunt me. ps.

De profundis clamavi. ps. dd.
Domine non est exaltatum. ntf.
Memento domine david: et omnis ps.
mansuetudinis eius. Sicut iuravit domino votum vovit deo iacob. Si introiero in tabernaculum domus mee: si ascendero in lectum strati mei. Si dedero sompnum oculis meis: et palpebris meis dormitacionem. Et requiem temporibus meis donec inveniam locum domino tabernaculum deo iacob. Ecce audivimus ea in effrata: invenimus eam in campis silve. Introibimus in tabernaculum eius adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Surge domine in requiem

tuā: tu et archa sanctificationis tue. Sacerdotes tui induantur iusticiam: et sancti tui exultēt. Propter dauid seruū tuū: non auertas faciem xpi tui. Iurauit dn̄s dauid ueritatem et non frustrabitur eū de fructu uentris tui ponā super sedem tuam. Si custodierint filij tui testamentum meū et testimonia mea hec que docebo eos. Et filij eorum usqȝ in seculū: sedebūt sup sedem tuā. Qm̄ elegit dn̄s syon: elegit eam in habitationē sibi. Hec requies mea in seculū seculi hic habitabo qm̄ elegi eā. Uiduam eius benedicens benedicam pauperes eius saturabo panibus

Sacerdotes eius induam salutari
et sancti eius exultatione exultabut.
Illuc producam cornu dauid: pa
raui lucernam xpo meo. Inimicos
eius induam confusione: sup ipsum
autem efflorebit sanctificatio mea.
Ecce quam bonum et quam ps.
iocundum: habitare fratres
in unum. Sicut unguentum in ca
pite quod descendit in barbam barbam
aaron. Quod descendit in oram
uestimenti eius: sicut ros hermon
qui descendit in montem syon. Quoniam
illuc mandauit dominus benedictionem
et uitam usque in seculum. ps.
Ecce nunc benedicite dominum:
omnes serui domini. Qui statis in

domo domini: in atriis domus dei nostri. In noctibus extollite manus vestras in sancta: et benedicite dominum. Benedicat te dominus ex syon qui fecit celū et terrā. Gloria pri. Añ. Parce dñe parce populo tuo quem redemisti precioso sanguine tuo ne ineternū irascaris nobis. Incipit letania.

Kyrieleyson. Christeleysō. Kyriel'. Xpe audi nos. Salvator mundi adiuva nos. Pater de celis deus miserere nobis. Fili redemptor mundi deus miserere nobis. Spiritus sancte deus miserere nobis. Sancta trinitas unus deus miserere nobis.

Sancta maria. or
Sancta dei genitrix. or
Sancta virgo virginũ. or
Sancte michael. or
Sancte gabriel. or
Sancte raphael. or
Omnes sancti angeli et archã
geli. Orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spiri
tuum ordines. or
Sancte iohannes baptista. or
Omnes sancti patriarche et
prophete. Orate pro nobis.
Sancte petre. or
Sancte paule. or
Sancte andrea. or
Sancte iohannes or

Sancte iacobe. or
Sancte thoma or
Sancte philippe. or
Sancte iacobe or
Sancte mathee. or
Sancte bartholomee. or
Sancte symon. or
Sancte thadee. or
Sancte mathia. or
Sancte barnaba. or
Sancte marce. or
Sancte luca. or
Omnes sancti apostoli et euuangeliste. Orate pro nobis.
Omnes sancti discipuli domini. orate
Omnes sancti innocentes. orate
Sancte stephane or

Sancte line. or
Sancte clete or
Sancte clemens or
Sancte sixte or
Sancte corneli. or
Sancte alexandre. or
Sancte cypriane. or
Sancte laurenti or
Sancte vincenti. or
Sancte fabiane. or
Sancte sebastiane or
Sancte cosma or
Sancte damiane. or
Sancte prime or
Sancte feliciane. or
Sancte georgi. or
Sancte xpristofore. or

Sancte marce. or
Sancte marcelliane or
Sancte dyonisi cum sociis tuis. or
Sancte maurici cum sociis tuis. or
Sancte thoma. or
Sancte edwarde. or
Sancte oswalde. or
Sancte alane. or
Sancte geruasi. or
Sancte prothasi. or
Sancte quintine or
Sancte lamberte. or
Sancte ualentine or
Sancte walleparte or
Sancte agapite. or
Sancte Johannes. or
Sancte Juliane. or

Omnes sancti martires. or
Sancte siluester. or
Sancte leo. or
Sancte hylari. or
Sancte martini. or
Sancte. Ambrosi. or
Sancte. Augustine. or
Sancte gregori. or
Sancte. Iheronime. or
Sancte nicholae. or
Sancte remigi. or
Sancte uedaste. or
Sancte vaulo. or
Sancte audoene. or
Sancte dinistane. or
Sancte benedicte. or
Sancte maure. or

Sancte columbe. Or
Sancte egidi. Or
Sancte philiberte. Or
Sancte leonarde. Or
Sancte bonifaci. Or
Sancte Anthoni. Or
Sancte germane. Or
Sancte amande. Or
Omnes sancti confessores. Orate
Omnes sancti monachi et heremite. Orate
Sancta Anna. Or
Sancta maria magdalena. Or
Sancta maria egypciaca. Or
Sancta felicitas. Or
Sancta perpetua. Or
Sancta petronilla. Or
Sancta Agatha. Or

Sancta agnes. or

Sancta lucia. or

Sancta cecilia. or

Sancta scolastica. or

Sancta Brigida. or

Sancta xpiana. or

Sancta genouefa. or

Sancta. barbara. or

Sancta eufemia. or

Sancta sexburga. or

Sancta milburga. or

Sancta ositha. or

Sancta tecla. or

Sancta katherina. or

Sancta margareta or

Sancta prisca. or

Sancta elena. or

Sancta praxedis. or

Sca radegundis. or

Sca fides or

Sancta spes. or

Sancta karitas. or

Sancta Anastasia. or

Sancta elizabeth. or

Sancta susanna. or

Oes sce virgines et vidue or

Oes sci et sancte dei. or

Propicius esto parce nobis dne.

Propicius esto: exaudi nos dne.

Propicius esto libera nos dne.

Ab insidijs dyaboli. l.

A dampnatione ppetua. l.

Ab imminentibus peccatorum

nostrorum penculis. l.

A spiritu fornicationis. V.
Ab appetitu inanis glorie. V.
Ab omni immundicia mentis et
corporis. V. Ab ira et odio et omni
mala voluntate. V. Ab immundis
cogitationibus. V. A cecitate cor-
dis. V. A fulgure et tempestate. V.
A subitanea et improvisa morte. V.
Per misterium sancte incarnati-
onis tue. V. Per adventum tuum. V.
Per nativitatem tuam. V. Per
sanctam circumcisionem tuam. V.
Per ieiunium tuum. V. Per
passionem tuam. V. Per glo-
riosam resurrectionem tuam. V.
Per admirabilem ascensionem
tuam. V. Per graciam sancti spiritus

pacia l'. In hora mortis nrē
succurre nobis domine. In die
iudicij l'. Peccatores. Te roga
mus audi nos. Vt pacē nobis
dones. Te r. Vt misericordia et
pietas tua semp nos custodiat. Te r.
Vt ecclesiā tuam catholicā regē
et defensare digneris. Te r. Vt
dompnū apostolicū et omnes gra
dus ecclesie in sancta religione cō
seruare digneris. Te r. Vt regib3
et principibus nostris pacem et
ueram concordiā atq3 uictoriā do
nare digneris. Vt episcopos et
abbates nr̄os et omnes congrega
tiones illis cōmissas in scā religi
one conseruare digneris. Te rog.

Ut congregationes omniū sac-
torum in tuo sancto servitio cōser-
vare digneris. Te r. Ut cunctū
populum xpianum precioso san-
guine tuo redemptum conservare
digneris. Te r. Ut omnibus be-
nefactoribus nostris sempiterna
bona tribuas. Te r. Ut animas
nostras et parentum nostrorū ab
eterna dampnatione eripias. Te r.
Ut fructus terre dare et cōserva-
re digneris. Te r. Ut mētes nr̄as
ad celestia desideria erigas. Te r.
Ut in tuo sc̄o servitio pseveran-
ciam nobis tribui digneris. Te r.
Ut oculos misericordie tue sup
nos reducere digneris. Te r. Ut

locum istum et omnes habitantes in
ea visitare consolare et conseruare
digneris. Te r. Ut iter famulor
tuorum in salutis tue prosperitate
disponas. Te r. Ut regularibus
disciplinis nos instruere digneris
Te r. Ut remissionē omnium pec
catorum nostror nobis tribuere
digneris. Te r. Ut omnib; fideli
bus viuis ⁊ defunctis requiē eter
nā dones. Te r. Ut nos exaudi
re digneris. Te r. Fili dei ℞ Te r.
Agnus dei qui tollis pccā mūdi
parce nobis domine. Agnus
dei qui tollis pccā mundi: exaudi
nos dn̄e. Agnus dei qui tollis
pccā mundi miserere nobis.

Kyrieleyson. Xpisteleyson.
Kyrieleyson. Pater nr̄. Et ne
nos. Sed libera nos a malo Amē.
Et ueniat sup nos mīa tua dn̄e
salutare tuum secundū eloquium
tuū. Esto nobis domine turris
fortitudinis a facie inimici. Me
mor esto domine congregationis
tue quā possedisti ab initio. Dn̄e
saluū fac regē: et exaudi nos in die
qua inuocauerimus te. Saluos
fac seruos tuos et ancillas tuas de
us meus sperantes in te. Fiat
pax in uirtute tua et habundanti
a in turribus tuis. Domine
exaudi orationem meam. Et cla
mor meus ad te ueniat. Oremus.

Deus cui proprium est mi coll.
sereri semp et parcere suscipe
pe deprecationem nostram ut quos
delictorum cathena constringit mise
ratio tue pietatis absoluat. Collecta
Pretende dñe famulis et fa
mulabus tuis dexteram celes
tis auxilii ut te toto corde pquirant
et que digne postulant assequant. colla
Deus a quo sancta desideria
recta consilia et iusta sunt opa
da seruis tuis illam quam mundus da
re non potest pacem ut et corda nra
mandatis tuis dedita et hostium sub
lata formidine tempora sint tua
protectione tranquilla.
Animabus qs dñe Collecta.

famulorum famularumq; tuarum oratio proficiat supplicancium ut eas et a peccatis omnibus exuas & tue redemptionis facias esse participes.

Omnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia magna solus pretende super famulos tuos et super cunctas congregationes illis commissas spiritum gratie salutaris et ut in veritate tibi complaceant perpetuum eis rorem tue benignitatis infunde. Collecta.

Deus qui caritatis dona per graciam sancti spiritus tuorum cordibus fidelium infundis da famulis et famulabus tuis pro quibus tuam deprecamur clementiam salutem

mentis et corporis: ut te tota virtute
diligant et que tibi placita sunt to
ta dilectione perficiant. Collecta.
Ineffabilem misericordiam
tuam domine nobis quesumus
clementer ostende ut simul nos et a
peccatis omnibus exuas et a penis
quas pro eis meremur benignus
eripias. Alia collecta.
Exaudi domine quesumus supplicum pre
ces et confitencium tibi parce peccatis
ut pariter nobis indulgentiam tri
buas benignus et pacem. Collecta.
Absolve domine animas famu
lorum famularumque tuarum ab
omni vinculo delictorum ut in resur
rectionis gloria inter sanctos tuos

reclusatate respuerunt. coll'. de s'te ma'.

Concede qs omnips deus ut in
tercessio nos sancte dei geni
tricis marie sanctorũ que omniũ
uirtutum et beatorũ patriarcharũ
prophetarũ apostolorũ martirũ cõ
fessorũ atqz uirginũ et oĩm elector
rum ubiqz letificet ut dum eorum
merita recolimus patrocinia sen
tiamus. Collecta. Alia:


Pietate tua qs dñe nostror
solue uincula omniũ peccatorũ et
intercedente beata et gloriosa sem
perqz uirgine dei genitrice maria cũ
omnibus sanctis nos famulos tu
os et oĩm populũ catholicũ in omĩ
sanctitate custodi omĩs qz consan

guinitate ac familiaritate vel con
fessione oratione nobis iunctos seu
omīs xp̄ianos a uicijs omnibus
purga uirtutibus illustra pacē et
salutē nobis tribue hostes uisibi
les et inuisibiles remoue pestem et
inmundiciam repelle animas et ũ
nimas nr̃as caritatē pfectā atqȝ in
firmis sanitatē largire et omnibȝ
fidelibus uiuis ac defunctis in terra
uiuenciū uitam et requiē eternā
concede. P dnm̄ nr̄m ihm̄ xp̄m fi
liū tuū: qui tecū uiuit et regnat de
us. P omnia secula seculor. Amē.





Incipiunt vigilie mortuorum. Ant.



Placebo. Ps. Di.
lexi quoniam
exaudiet dñs vo
cem orationis
mee. uia
inclinavit aurē
suam michi et in diebus meis īvo
cabo. ircumdederunt me dolores
mortis et pericula inferni invene
runt me. ribulationem et do
lorem inveni et nomen dñi invoca
vi. o domine libera animā me
am misericors dominus et iustus et
deus noster miseretur. ustodi
ens parvulos dominus humiliatus
sum et liberavit me. onvertē





anima mea in requiē tuam quia do
minus benefecit tibi. Quia eri
puit animā meā de morte oculos me
os a lacrimis pedes meos a lapsu.
Placebo dño in regione uiuorum
Requiē eternam dona eis dñe: et
lux ppetua luceat eis. Añ. Placebo
dño in regione uiuor. Añ. Heu me.
Ad dominū cū tribularer. ut s. ps
Añ. Heu me quia incolatus meus
prolongatus est. Añ. Dñs custodit.
Leuaui oculos meos in ps o.
montes. ut s. Añ. Dominus custodit
te ab omni malo custodiat aiam
tuam dñs. Añ Si iniquitates. ps.
De profundis clamaui ad te do
mine. ut s. Añ Si iniquitates obser

uaueris dñe domine quis sustinebit
Ant. Opa manuū. Ps d.
Confitebor tibi dñe in toto cor
de meo quoniā audisti omnia uerba
oris mei. In conspectu angelorū
psallam tibi adorabo ad templū sanc
tum tuū et confitebor nomini tuo.
Sup misericordia tua et ueritate
tua quoniā magnificasti sup omne
nomen sanctū tuū. In quacūqȝ
die inuocauero te exaudi me multi
plicabis in anima mea uirtutem.
Confiteantur tibi dñe oms re
ges terre quia audierūt omnia uer
ba oris tui. Et cantent in uijs
domini quoniam magna est glā
dnī. Q. in excelsus dñs ⁊ humilia

respiciat et alta a longe cognoscat.
Si ambulavero in medio tribulationis vivificabis me et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam et salvum me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me domine misericordia tua in seculum opera manuum tuarum ne despicias. Requiem. Ant. Opera manuum tuarum ne despicias domine. V. A porta inferi: erue domine animas eorum. R. Audivi vocem. Ps. Magnificat anima mea dominum. ut s. Ant. Audivi vocem de celo dicentem michi: scribe beati mortui qui in domino moriuntur.
Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson.
Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Ps

Lauda anima mea dñm lau
dabo dominũ in uita mea:
psallam deo meo quamdiu fuero.
Nolite confidere in principibus ĩ
filijs hoĩm in quibus non est salus.
Exibit sp̃s eius et reuertetur in
terram suam in illa die peribũt oẽs
cogitationes eorum. Beatus cu
ius deus iacob adiutor eius spes eiꝰ
in domino deo ipsius qui fecit celũ
et terrã: mare et omnia que in eis
sũt. Qui custodit ueritatẽ in se
culum facit iudiciũ iniuriã patien
tibus dat escam esurientibꝫ. Do
minus soluit compeditos dominꝰ
illuminat cecos. Dominus eri
git elisos: dñs diligit iustos. Dñs

Custodit aduenas pupillū et viduā suscipiet: et vias peccatorum disperdet. Regnabit dominus in secula deus tuus syon in generatione et generationē. Requiē eternam. V. A porta inferi. Erue dñe aīas eorum Credo videre bona dnī. In terra viuēcium. Domine exaudi. et clamor. Orē.
Absolue dñe animas Coll. famulorū famularum que tuarum et animas oīm fideliū defunctorum ab omni vinculo delictorum ut in resurrectionis gloria inter sanctos tuos resuscitati respirent. Coll.
Inclina dñe aurem tuā ad preces nostras quibus misericordiam tuā supplices depreca

mur ut animā famuli tui .N. et ani
mas oīm famulorū famularumqꝫ
tuarū quas de hoc seculo migrare
iussisti in pacis ac lucis regione cō
stituas et sanctorū tuorum iubeas
Desse consortes. Collecta.
Deus qui nos patrem ⁊ ma
trem honorare precepisti miserere
clementer animabus prīs mei ⁊ ma
tris mee eorūqꝫ omnia pccā dimit
te meqꝫ cum eis in eterne claritatis
gaudio fac uiuere. Alia collecta.
Fidelium deus omnium conditor. uts.
In primo nocturno. aña. Dirige. Ps.
Verba mea auribus percipe
dñe intellige clamorē me
um Intende uoci orōnis mee



rex meus et deus meus. Qm ad te
orabo domine mane exaudies uocẽ
meã. Mane astabo tibi i uidebo
quoniam non deus uolens iniqui
tatem tu es. Neq; habitabit iux
ta te malignus neq; pmanebunt i
iusti ante oculos tuos. Odisti oẽs
qui opantur iniquitatem perdes oẽs
qui loquuntur mendaciũ. Uirũ
sanguinũ et dolosum abhomina
bitur dominus ego autem in multi
tudine misericordie tue. Introibo
in domũ tuam adorabo ad templũ
sanctum tuũ in timore tuo. Do
mine deduc me in iusticia tua prop
ter inimicos meos dirige in cõspec
tu tuo uiam meã. Quoniã non

est in ore eorum veritas cor eorum va
num est. Sepulchrum patens est
guttur eorum linguis suis dolose a
gebant: iudica illos deus. Decidant
a cogitationibus suis secundum mul
titudinem impietatum eorum expelle
eos quoniam irritaverunt te domine. Et le
tentur omnes qui sperant in te in eter
num exultabunt et habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes qui
diligunt nomen tuum: quoniam tu benedi
ces iusto. Domine ut scuto bo
ne voluntatis tue coronasti nos.
Requiem eternam. Ant. Dirige do
mine deus meus in conspectu tuo vi
am meam. Ant. Convertere domine. Ps.
Domine ne in furore tuo. ut sup.

Añ Conuertere domine et eripe ani
mam meam: quoniã non est i mor
te qui memor sit tui. Añt. Nequãdo
rapiat ut leo. Psalmus d.
Domine deus meus in te spe
raui saluũ me fac ex omnibus perse
quentibus me et libera me. Ne
quando rapiat ut leo animam me
am dum non est qui redimat neq3
qui saluum faciat. Domine ds
meus si feci istud: si est iniquitas in
manibus meis. Si reddidi retri
buentibus michi mala decidam me
rito ab inimicis meis inanis. Per
sequatur inimicus animã meam
comprehendat et conculcet in terra
uitam meã et gloriam meã in pul

uerem deducat. Exurge dñe in ira
tua et exaltare in finibus inimicor
Et exurge domine deus meus ĩ pre
cepto quod mandasti et synagoga
populorum circumdabit te. Et ꝓp
ter hanc in altum regredere domin⁹
iudicat populos. Iudica me do
mine secundum iusticiam meam ⁊
secundũ innocentiã meã super me.
Consumetur nequicia peccator
et diriges iustum scrutans corda ⁊ re
nes deus. Iustum adiutorium
meũ a domino qui saluos facit rec
tos corde. Deus iudex iustus for
tis et paciens nunquid irascetur per
singulos dies. Nisi conuersi fue
ritis gladium suum uibrauit arcum

suum tetendit et parauit illũ. Et in eo parauit uasa mortis sagittas suas ardentibus effecit. Ecce par turiit iniusticiam et concepit dolorẽ et peperit iniquitatẽ. Lacũ aperuit et effodit eum: et incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: et in uerticẽ ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor dño secundũ iusticiam eius et psallam nomini dñi altissimi. Requiẽ eternã. Añ. Nequando rapiat ut leo animam meam dum non est qui redimat neq; qui saluũ faciat. V. A porta inferi: erue dñe animas eorũ. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos a malo. lectio prima

Parce michi domine nichil enī
sunt dies mei. Quid est ho
mo quia magnificas eum aut qd'
apponis erga eum cor tuū. Visitas
eum diluculo et subito probas illū.
Usqꝫquo non parcis michi nec di
mittis me. ut gluciam salivā meā
Peccavi. Quid faciam tibi o custos
hominū: quare me posuisti contra
riū tibi et factus sum michimetipsi
gravis. Cur non tollis peccatū meū
et quare non auffers iniquitatem
meā: ecce nunc in pulvere dormio
et si mane me quesieris nō subsis
tam. R. Credo quod redemptor me
us vivit et in novissimo die de ter
ra surrecturus sum: et in carne mea

uidebo deum saluatorem meum. ℣.
Quem uisurus sum ego ipse et non
alius et oculi mei conspecturi sunt.
Et in carne mea. Lectio sexta.
Tedet animam meam uite mee.
dimittam aduersum me eloquiū
meū. loquar in amaritudine aīe
mee dicam deo noli me condempna
re. Indica michi cur me ita iudices
Nunquid bonū tibi uidetur si calūp
nieris et opprimas me opus ma
nuū tuarum et consilium impiorum
adiuues. Nunquid oculi carnei tibi
sunt. aut sicut uidet homo et tu uide
bis. Nunquid sicut dies hominis di
es tui et anni tui sicut humana sunt
tempora. ut queras iniquitatē me

cum et peccatū meū scruteris. Et scias
quia nichil impiū fecerim: cum sit
nemo qui de manu tua possit erue
re. R. Qui lazarum resuscitasti a
monumento fetidū: tu eis dñe do
na requiem et locum indulgencie.
V. Qui venturus es iudicare vivos
et mortuos et seculum per ignem.
Tu eis domine. Lectio tercia
Manus tue dñe fecerunt me
et plasmaverunt me totum in cir
cuitu et sic repente precipitas me.
Memento queso quod sicut lutum
feceris me: et in pulverē reduces me
Nonne sicut lac mulsisti me: et si
cut caseū me coagulasti. Pelle ⁊ car
nibus vestisti me ossibus ⁊ nervis

compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti michi: et visitatio tua custodivit spiritum meum. ℟. Domine quando veneris iudicare terram ubi me abscondam a vultu ire tue. Quia peccavi nimis in vita mea. ℣. Commissa mea domine pavesco et ante te erubesco dum veneris iudicare noli me condempnare. Quia peccavi. In secundo nocturno. Antiphona. In loco. psalmus.

Dominus regit me et michil michi deerit: in loco pascue ibi me collocavit. Super aquam refectionis educavit me animam meam convertit. Deduxit me super semitas iusticie propter nomen suum. Nam et si ambulavero in

medio umbre mortis non timebo:
mala quoniam tu mecū es. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam: adversus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum et calix meus inebrians quā preclarus est. Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee. Et ut inhabitem in domo domini: in longitudine dierū. Requiem eternam.
Aīt. In loco pascue ubi me collocavit. Aīt. Delicta iuventutis. Ps.
Ad te domine levavi animā meam: deus meus in te confido non erubescam. Neq; irrideant

me inimici mei: etenĩ uniuersi qui su
stinent te non confundentur. Con
fundantur: oĩs iniqua agentes sup
uacue. Uias tuas dñe demonstra
michi et semitas tuas edoce me.
Dirige me in ueritate tua et doce
me: quia tu es deus saluator meus
et te sustinui tota die. Reminiscẽ
miserationũ tuarũ domine: et mi
sericordiarum tuarũ que a seculo sũt.
Delicta iuuentutis mee: et igno
rantias meas ne memineris. Se
cundũ misericordiã tuã memento
mei: tu propter bonitatẽ tuã dñe.
Dulcis ꝛ rectus dñs: propter hoc
legem dabit delinquentibus ĩ uia.
Diriget mansuetos in iudicio do

cedit mites vias suas. Universe vie domini misericordia et veritas requirentibus testamentum eius et testimonia eius. Propter nomen tuum domine: propitiaberis peccato meo multum est enim. Quis est homo qui timet dominum: legem statuit ei in via quam elegit. Anima eius in bonis demorabitur: et semen eius hereditabit terram. Firmamentum est dominus timentibus eum: et testamentum ipsius ut manifestetur illis. Oculi mei semper ad dominum: quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos. Respice in me et miserere mei: quia unicus et pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicate sunt de necessita

tibus meis erue me. Vide humi
litatem meam et laborem meũ et
dimitte universa delicta mea. Re
spice inimicos meos q̃m multipli
cati sunt et odio iniquo oderũt me.
Custodi animam meam ⁊ erue
me non erubescam q̃m speravi in
te. Innocentes et recti adheserũt
michi quia sustinui te. Libera
deus israel ex omnibus tribulatio
nibus suis. Requiem eternam
Ant. Delicta iuventutis mee et ig
norancias meas ne memineris.

Ant. Credo videre. Ps. Do.
Dominus illuminatio me
a et salus mea quẽ timebo. Do
minus protector vite mee a quo tre

pidabo. Dum appropiant super
me nocentes ut edant carnes meas
Qui tribulant me inimici mei:
ipsi infirmati sunt ⁊ ceciderūt. Si
consistant adversum me castra non
timebit cor meū. Si exurgat ad
versum me prelium: in hoc ego spe
rabo. Unam petii a dn̄o hanc re
quiram: ut inhabitem in domo dn̄i
omnibus diebus vite mee. Ut vi
deam voluntatem domini et visitē
templū eius. Quoniam abscondit me
in tabernaculo suo in die malorū
protexit me in abscondito taberna
culi sui. In petra exaltavit me
et nunc exaltavit caput meū super
inimicos meos. Circuivi ⁊ immo

laui in tabernaculo eius hostiam uo
ciferationis: cantabo et psalmum dicam
domino. Exaudi domine uocem
meam qua clamaui ad te: miserere
mei et exaudi me. Tibi dixit cor
meum exquisiuit te facies mea faciem
tuam domine requiram. Ne auertas fa
ciem tuam a me: ne declines in ira a
seruo tuo. Adiutor meus esto do
mine ne derelinquas me: neque despi
cias me deus salutaris meus. Quoniam
pater meus et mater mea dereli
querunt me: dominus autem assumpsit me.
Legem pone michi domine in uia
tua et dirige me in semita recta pro
pter inimicos meos. Ne tradide
ris me in animas tribulancium me

quoniam insurrexerūt in me testes iniqui et mentita est iniquitas sibi. Credo videre bona domini in terra viventiū. Expecta dnm̄ viriliter age et confortetur cor tuum et sustine dnm̄. Requiem eternā. R. Credo videre bona domini in terra viventiū. V. In memoria eterna erunt iusti: ab auditione mala nō timebūt. Pater nr̄. Et ne nos. Lc̄o iiij.

Responde michi quantas habeo iniquitates et peccata scelera mea atq; delicta ostende michi. Cur faciem tuam abscondis et arbitrans me inimicū tuū. Contra foliū quod vento rapitur ostendis potēciam tuam ꝛ stipulam siccam pse

quens. Scribis enim contra me ama
ritudines et consumere me uis pec
catis adolescentie mee. Posuisti i ner
uo pedem meu̅ et obseruasti omnes
semitas meas ⁊ uestigia pedu̅ meor̄
considerasti. Qui quasi putredo co̅
sumendus sum et quasi uestimen
tu̅ quod comeditur a tinea. R. Heu
michi dn̄e quia peccaui nimis in
uita mea: quid facia̅ miser ubi fu
giam nisi ad te deus meus miserere
mei. Dum ueneris in nouissimo
die. V. Anima mea turbata est ual
de sed tu domine succurre ei. Dum
ueneris in. Lectio quinta.
Homo natus de muliere bre
ui uiuens tempore repletur multis

miseriis. Qui quasi flos egreditur et
conteritur et fugit velud umbra et
et nunquam in eodem statu permanet
Et dignum ducis super huiuscemodi
aperire oculos tuos et adducere eum
tecum in iudicium. Quis potest facere
mundum de inmundo conceptum semi
ne nisi tu qui solus es. Breves dies
hominis sunt numerus mensium e
ius apud te est. Constituisti termi
nos eius qui preterire non poterunt.
Recede ergo paululum ab eo ut quies
cat donec optata veniat et sicut mer
cenarii dies eius. R. Ne recorderis
peccata mea domine: dum veneris
iudicare seculum per ignem. V. Dirige
domine deus meus in conspectu tuo

mam meã. Dum ueneris. Lectio .vi.

Quis michi hoc tribuat ut in inferno protegas me et abscondas me donec ptranseat furor tuus et constituas michi tempus in quo recorderis mei. Putas ne mortuus homo rursum uiuat cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec ueniat immutatio mea. Vocabis me et ego respondebo tibi operi manuum tuarum porriges dexterã. Tu quidem gressus meos dinumerasti sed parce peccatis meis.

R. Domine secundum actũ meum noli me iudicare nichil dignum ĩ conspectu tuo egi. Ideo deprecor maiestatem tuã: ut tu deus deleas im

quitatem meã. ℣. Amplius laua me
ab iniusticia mea et a delicto meo
munda me. Ideo deprecor. In tercio
nocturno. Añ. Complaceat. Ps dd.
Expectans expectaui dñm:
et intendit michi. Et ex
audiuit preces meas et eduxit me de
lacu miserie: et de luto fecis. Et sta
tuit supra petram pedes meos: et di
rexit gressus meos. Et immisit i
os meum canticum nouum carmē
deo nostro. Uidebunt multi et ti
mebunt et sperabunt in domino.
Beatus vir cuius est nomē dñi
spes eius et non respexit in uanita
tes et in sanias falsas. Multa
fecisti tu dñe deus meus mirabilia

tua: et cogitationibus tuis non est
quis similis sit tibi. Annuntia
ui et locutus sum: multiplicati sūt
sup numerū. Sacrificiū et obla
tionem noluisti: aures autem perfe
cisti michi. Holocaustū et pro pec
cato non postulasti tunc dixi ecce ue
nio. In capite libri scriptum est
de me ut facerem uoluntatem tuam
deus meus uolui et legem tuam in
medio cordis mei. Annuntiaui
iustitiam tuam in ecclesia magna
ecce labia mea non prohibebo dn̄e
tu scisti. Iustitiam tuā abscon
di in corde meo: ueritatem tuā et sa
lutare tuum dixi. Non abscon
di misericordiam tuam i ueritatē

tuam a consilio multo. Tu autē
domine ne longe facias miserationes
tuas a me misericordia tua et ueritas
tua semper susceperunt me. Quoniam
circumdederunt me mala quorum
non est numerus cōprehenderunt
me iniquitates mee ⁊ non potui ut
uiderem. Multiplicati sunt super
capillos capitis mei: et cor meū dere
liquit me. Complaceat tibi dn̄e
ut eruas me domine ad adiuuan
dū me respice. Confundantur ⁊
reuereantur simul qui querūt ani
mā meā: ut auferant eā. Con
uertantur retrorsū et reuereantur:
qui uolunt michi mala. Ferāt
confestim confusionem suam: qui

dicant michi euge euge. Exul
tent et letentur sup te omnes queren
tes te et dicant semp magnificetur
dominus qui diligunt salutare tu
um. Ego autem mendicus sum
et pauper dominus sollicitus est
mei. Adiutor meus et protector me
us tu es: deus meus ne tardaueris.
Requiem eternã. An. Complace
at tibi domine ut eruas me domine
ad adiuuandũ me respice. Antiph.
Sana domine. psalmus.
Beatus qui intelligit super
egenum et pauperem in die mala
liberabit eum dñs. Dñs conser
uet eum et uiuificet eum et beatũ
faciat eũ in terra et non tradat eũ

in animā inimicorū eius. Dns o
pem ferat illi sup lectum doloris eius
uniuersum stratum eius uersasti in
infirmitate eius. Ego dixi domi
ne miserere mei sana animā meā
quia peccaui tibi. Inimici mei
dixerunt michi mala quando mo
rietur et peribit nomen eius. Et
si ingrediebatur ut uideret uana lo
quebatur cor eius congregauit ini
quitatē sibi. Egrediebatur foras
et loquebatur in idipsm Aduer
sū me susurrabant om̄s inimici mei
aduersum me cogitabant mala m̄.
Uerbū iniquum constituerunt
aduersum me: nūquid qui dormit
non adiciet ut resurgat. Et enī

homo pacis mee in quo speraui qui e
debat panes meos magnificauit su
per me supplantationem. Tu au
tem dn̄e miserere mei et resuscita me
et retribuam eis. In hoc cogno
ui q̄m voluisti me: quoniam non
gaudebit inimicus meus sup me.
Me autem propter innocentiā
suscepisti et confirmasti me in con
spectu tuo in eternū. Benedictus
dn̄s deus israel a seculo et in seculū
fiat fiat. Requiem eternam. ℟.
Sana domine animā meam quia
peccaui tibi. Añt. Sitiuit. psalm⁹.
Quem ad modum desiderat cer
uus ad fontes aquarum:
ita desiderat anima mea ad te deus.

Sitiuit anima mea ad deum fon
tem uiuum: quando ueniam et ap
parebo ante faciem dei. Fuerunt
michi lacrime mee panes die ac noc
te: dum dicitur michi cotidie ubi ē
deus tuus. Hec recordatus sum et
effudi in me animam meā: quoni
am transibo in locum tabernaculi
admirabilis usqꝫ ad domum dei:
In uoce exultationis et confessio
nis: sonus epulantis. Quare
tristis es anima mea: et quare cō
turbas me. Spera in deo quoni
am adhuc confitebor illi salutare
uultus mei et deus meus. Ad
meipsum anima mea turbata est
propterea memor ero tui de terra

quoniam adhuc confitebor illi salutare uultus mei et deus meus. Requiem eternã. Antiphona. Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuũ quando ueniã et apparebo ante faciem dei. Requiem eternam dona eis dñe. Et lux ppetua luceat eis. Pater noster. Et ne nos. Lectio septima.

Spiritus meus attenuabit᷑ dies mei breuiabuntur et solũ michi superest sepulchrũ. Non peccaui et in amaritudinibus morabitur oculus meus. Libera me dñe et pone me iuxta te et cuiuis uis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt cogitationes mee dissipate sũt torquentes cor meũ. Noctem

uerterunt in diem et rursum post te
nebras spero lucem. Si sustinuero in
fernus domus mea est: et in tenebris
straui lectulum meu͂. Putredini dixi
Pater meus es mater mea et soror
mea uermibus. Ubi est ergo nunc
prestolatio mea uel paciētia mea.
Tu es domine deus meus. Rm. Pec
cantem me cotidie et non me penitē
tem timor mortis conturbat me. q͂a
in inferno nulla est redemptio mise
rere mei deus et salua me. Vs. Deus
in nomine tuo saluum me fac et in
uirtute tua iudica me. Q͂a ī īferno.
Pelli mee consūp Lc͂io octaua
tis carnibus adhesit os me
um et derelicta sunt tantūmodo la

bia mea circa dentes meos. Miseremi-
mei miseremini mei saltem vos ami-
ci mei quia manus domini tetigit
me. Quare me persequimini sicut de-
us et carnibus meis saturamini.
Quis michi tribuat ut scribantur
sermones mei. Quis michi det ut ex-
arentur in libro stilo ferreo vel plumbi
lamina vel celte sculpantur in sili-
ce. Scio enim quod redemptor meus
vivit et in novissimo die de terra sur-
recturus sum: et rursum circumda-
bor pelle mea: et in carne mea videbo
deum salvatorem meum. Quem visurus
sum ego ipse et non alius et oculi
mei conspecturi sunt. Reposita est hec
spes mea in sinu meo. Rm Requiem

eternam dona eis domine: et lux p
petua luceat eis. Vers. Qui lasarum
resuscitasti a monumento fetidum
tu eis domine dona requiem: Et lux
p petua luceat eis. Lectio ix.
Quare de vulva eduxisti me
qui utinam consumptus essem
ne oculus me videret fuissem qua
si non essem de utero translatus ad
tumulum. Nũquid non paucitas
dierũ meorum finietur breui. Di
mitte ergo me domine ut plangã
paululum dolorem meũ antequã
vadam et non revertar ad terram
tenebrosam et optam mortis cali
gine terrã miserie et nullus ordo sed
sempiternus horror inhabitat.

℟ libera me domine de morte eterna
in die illa tremenda quando celi mo
uendi sunt et terra: dum ueneris iu
dicare seculum p ignem. V̄s. Dies il
la dies ire calamitatis et miserie di
es magna et amara ualde. Quando
celi. ℣. Quid ergo miserrimus quid
dicam uel quid faciam dum nil bo
ni pferam ante tantum iudicē. Dū
ueneris. V̄s. Creator omniū rerū de
us qui me de limo terre formasti et
mirabiliter proprio sanguine tuo
redemisti corpus qz meū licet modo
putrescat de sepulchro facias in die
iudicij resuscitari exaudi me ut ani
mā meā in synu abrahe patriarche
tui iubeas collocari. libera me dn̄e

℣. Libera me domine de penis inferni. Qui portas ereas confregisti et visitasti infernum et dedisti eis lumen ut viderent te qui erant in penis tenebrarum. ℣. Clamantes et dicentes advenisti redemptor noster. Qui portas. ℣. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Antiphona Exultabunt. Psalmus David.

Miserere mei deus secundum. versus.

Antiphona Exultabunt domino ossa humiliata. Antiphona Exaudi. Psalmus David.

Te decet ymnus deus in syon et tibi reddetur votum in jherusalem.

Exaudi orationem meam ad te omnis caro veniet. Verba iniquorum prevaluerunt super nos: et impietatibus nostris tu propitiaberis. Beatus

quē elegisti et assūpsisti: habitabit i
atrijs tuis. Replebimur in bonis
domus tue sanctum est templū tuū
mirabile in equitate. Exaudi nos
deus salutaris noster: spes omniū fi
nium terre ⁊ in mari longe. Pre
parans montes in uirtute tua ac
cinctus potentia qui conturbas ꝓ
fundū maris sonum fluctuū eius.
Turbabuntur gentes ⁊ timebūt
qui habitant terminos a signis
tuis exitus matutini et uespere de
lectabis. Uisitasti terram et in
ebriasti eam multiplicasti locuple
tare eam. Flumen dei repletū
est aquis parasti cibum illoꝝ qm
ita est preparatio eius. Riuos

eius inebrians multiplica genimina
eius: in stillicidiis eius letabitur
germinans. Benedices corone
anni benignitatis tue et campi
tui replebuntur ubertate. Pin
guescent speciosa deserti et exulta
tione colles accingentur. Indu
ti sunt arietes ovium et valles ha
bundabunt frumento clamabunt
etenim ymnum dicent. Requiem eter
nam. An. Exaudi deus orationem meam
ad te omnis caro veniet. Ant. Me
suscepit. Ps. Deus deus meus
ad te de luce vigilo. Ps. Deus
misereatur nostri. Ant. Me suscepit
dextera tua domine. Antiphona.
A porta inferi. Psalmus david:

Ego dixi in dimidio dierum me
orum uadam ad portas inferi.
Quesiui residuum annorum meorum dixi
non uidebo dominum deum: in terra uiuen
tium. Non aspiciam hominem ultra et
habitatorem quietis. Generatio
mea ablata est et conuoluta est a
me quasi tabernaculum pastorum.
Precisa est uelud a texente uita
mea dum adhuc ordirer succidit
me: de mane usque ad vesperam finies
me. Sperabam usque ad ma
ne: quasi leo sic contriuit omnia
ossa mea. De mane usque ad ves
peram finies me sicut pullus yrun
dinis sic clamabo meditabor ut co
lumba. Attenuati sunt oculi

mei suscipientes in excelso. Dñe
vim patior responde pro me quid di
cam aut quid respondebit michi cũ
ipse fecerim. Recogitabo tibi oẽs
annos meos in amaritudine ani
me mee. Domine si sic uiuitur
et in talibus uita spũs mei corripi
es me et uiuificabis me ecce in pace
amaritudo mea amarissima. Tu
autem eruisti animã meã ut non
periret proiecisti post tergum tuum
omnia pctã mea. Quia non in
fernus confitebitur tibi neq; mors
laudabit te: non exspectabũt qui
descendunt in lacũ ueritatem tuã.
Viuens uiuens ipse confitebit
tibi sicut et ego hodie pater filijs no

tam faciet ueritate tua. Domine
saluum me fac et psalmos nostros
cantabimus cunctis diebus uite
nostre in domo domini. Requi
em eternam. An. A porta inferi erue
domine animas eorum. An. Omnis.
Laudate dominum de celis. Psalmus
Cantate domino canticum. Ps
Laudate dominum in sanctis eius. vs.
Ant. Omnis spiritus laudet dominum.
Ant. Ego sum resurrectio. Psalmus
Benedictus dominus deus israel. vs.
Ant. Ego sum resurrectio et uita dicit
dominus qui credit in me eciam si
mortuus fuerit uiuet et omnis qui
uiuit et credit in me non morietur
in eternum. Kyriel. xpel. Kyrieleyson.

Pater noster. Et ne nos. Psalmus

Exaltabo te dñe quoniã sus-
cepisti me: nec delectasti ini-
micos meos sup me. Domine
eduxisti ab inferno animam meã
saluasti me a descendentibz in lacũ.
Psallite domino scĩ eius: et con-
fitemini memorie sanctitatis eius.
Qm̃ ira in dignatione eius: et ui-
ta in uoluntate eius. Ad uespũ
demorabitur fletus et ad matutinũ
leticia. Ego autẽ dixi in habun-
dantia mea non mouebor in etnũ.
Domine in uoluntate tua: pres-
titisti decori meo uirtutẽ. Auerti-
sti faciẽ tuã a me: et factus sum cõ-
turbatus. Ad te dñe clamabo

et ad deum meū deprecabor. Que
utilitas in sanguine meo: dum des
cendo in corruptionem. Numquid
confitebitur tibi puluis: aut annū
nabit ueritatem tuā. Audiuit
dn̄s et misertus est mei: dominus
est adiutor meus. Conuertisti
planctū meū in gaudiū michi: con
scidisti saccum meū et circumdedisti
me leticia. Ut cantet tibi gloria
mea et non conpungar: dn̄e deus
meus in eternū confitebor tibi.
Requiem eternā. ℟ A porta infe
ri: erue domine animas eorū. ℣ Cre
do uidere bona domini. In terra uiuē
tium. Domine exaudi orōnē meā.
Et clamor meus ad te ueniat. Orē.

Deus cui proprium est misereri. Or.
Inclina domine aurem tuam. Or.
Deus qui nos patrem et matrem. Or.
Fidelium deus omnium conditor. etc.






Incipiunt commendationes aiarū.



Beati imma
culati in via
qui ambu
lant in lege
dñi. Bea
ti qui scrutā
tur testimonia eius; in toto corde ex
quirunt eum. Non enim qui o
perantur iniquitatem in viis eius
ambulaverunt. Tu mandasti
mandata tua custodiri nimis.
Utinam dirigantur vie mee:
ad custodiendas iustificationes tu
as. Tunc non confundar: cū
prospexero in omnibus mandatis
tuis. Confitebor tibi in directi



one cordis in eo quod didici iudicia
iusticie tue. Iustificationes tu
as custodiam: non me derelinquas
usqʒquaqʒ. Psalmus d.
In quo corrigit adolescenti
or viam suam: in custodiendo ser
mones tuos. In toto corde meo
exquisivi te: ne repellas me a mā
datis tuis. In corde meo abscon
di eloquia tua ut non peccem tibi
Benedictus es domine doce me
iustificationes tuas. In labiis
meis pronunciavi: omnia iudicia
oris tui. In via testimoniorum
tuor delectatus sum sicut in omni
bus diviciis. In mandatis tu
is: et considerabo vias tuas. In

iustificationibus tuis meditabor :
non obliuiscar sermones tuos. Ps
Retribue seruo tuo uiuifica me
et custodiam sermones tuos.
Reuela oculos meos : et conside
rabo mirabilia de lege tua. Inco
la ego sum in terra : non abscondas
a me mandata tua. Concupiuit
anima mea desiderare iustificationes
tuas in omni tempore. Increpasti
pasti superbos : maledicti qui declinant
a mandatis tuis. Aufer a me op
probrium et contemptum : quia testi
monia tua exquisiui. Etenim sede
runt principes et aduersum me loq
bantur : seruus autem tuus exerce
batur in iustificationibus tuis :

Nam et testimonia tua medita
tio mea est: et consilium meum iusti
ficationes tue. Psalmus.
Adhesit pauimento anima
mea uiuifica me secundum uerbum
tuum. Uias meas enuntiaui et
exaudisti me: doce me iustificationes
tuas. Uiam iustificationum tuarum
instrue me: et exercebor in mirabi
libus tuis. Dormitauit anima
mea pre tedio: confirma me in uer
bis tuis. Uiam iniquitatis a
moue a me: et de lege tua miserere
mei. Uiam ueritatis elegi: et iu
dicia tua non sum oblitus. Ad
hesi testimoniis tuis domine noli me
confundere. Uiam mandatorum

tuorum cucurri: cum dilatasti cor
meum. Psalmus david.
Legem pone michi domine
uiam iustificationum tuarū et ex
quiram eam semp̄. Da michi i
tellectum et scrutabor legem tuā et
custodiam illam in toto corde meo.
Deduc me in semita mandatorū
tuorum: quia ipsam uolui. Incli
na cor meū in testimonia tua: et nō
in auariciam. Auerte oculos me
os ne uideant uanitatē: in uia tua
uiuifica me. Statue seruo tuo e
loquiū tuum in timore tuo. Am
puta obprobriū meū quod suspica
tus sum: quia iudicia tua iocūda.
Ecce concupiui mandata tua:

in equitate tua uiuifica me. Ps:

Veniat sup me misericor
dia tua domine salutare tu
um secundũ eloquiũ tuũ. Et
respondebo exprobrantibus michi
uerbũ: quia speraui in sermonibus
tuis. Et ne auferas de ore meo
uerbum ueritatis usq; quaq;: quia
in iudicijs tuis supsperaui. Et cu
stodiã legem tuã semp in seculũ: et
in seculum seculi. Et ambula
bam in latitudine: quia mandata
tua exquisiui. Et loquebar de
testimonijs tuis in conspectu regũ
et non confundebar. Et medi
tabar: in mandatis tuis que dilexi.
Et leuaui manus meas ad mã

data tua que dilexi: et exercebor in
iustificationibus tuis. Psalmus.
Memor esto verbi tui servo tu
o: in quo michi spem dedisti.
Hec me consolata est in humili
tate mea: quia eloquium tuum vivi
ficavit me. Superbi inique agebant
usquequaque a lege autem tua non de
clinavi. Memor fui iudiciorum
tuorum a seculo domine: et consolatus
sum. Defectio tenuit me pro pec
catoribus: derelinquentibus legem
tuam. Cantabiles michi erant
iustificationes tue in loco peregri
nationis mee. Memor fui noc
te nominis tui domine: et custodi
vi legem tuam. Hec facta est michi

quia iustificationes tuas exquisiui

Portio mea domine: Ps. dd.
dixi custodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tuã in
toto corde meo: miserere mei secun
dũ eloquiũ tuũ. Cogitaui uias
meas: et conuerti pedes meos: in
testimonia tua. Paratus sũ et
non sum turbatus: ut custodiam
mandata tua. Funes peccatorũ
circũplexi sunt me: et legem tuam
non sum oblitus. Media nocte
surgebam ad confitendum tibi: su
per iudicia iustificationis tue.
Particeps ego sũ omniũ timẽ
ciũ te: et custodienciũ mandata
tua. Misericordia tua dñe ple

na est terra: iustificationes tuas do

Bonitatem psalm⁹ ec me.
fecisti cum servo tuo dn̄e:
secundum verbum tuū. Boni
tatē et disciplinā et scientiam doce
me: quia mandatis tuis credidi.
Priusquā humiliarer ego deliq̄:
propterea eloquiū tuū custodivi.
Bonus es tu: et in bonitate tua
doce me iustificationes tuas. Mul
tiplicata est sup me iniquitas supbo
rum: ego autem in toto corde scruta
bor mandata tua. Coagulatū
est sicut lac cor eorum ego vero legē
tuā meditatus sū. Bonū michi
quia humiliasti me: ut discā iusti
ficationes tuas. Bonum michi

lex oris tui sup milia auri et argenti.

Manus tue dñe fecerunt Ps d.
me et plasmauerunt me da
michi intellectum: ut discam man
data tua. Qui timent te uidebũt
me et letabuntur: quia in uerba tu
a sup speraui. Cognoui dñe qui
a equitas iudicia tua: et in ueritate
tua humiliasti me. Fiat miseri
cordia tua dñe ut consoletur me: se
cundũ eloquiũ tuũ seruo. Ueniat
michi miserationes tue et uiuam:
quia lex tua meditatio mea est. Cõ
fundantur supbi quia iniuste ini
quitatẽ fecerunt in me ego autẽ ex
ercebor in mandatis tuis. Non
uertantur michi timentes te: et q̃

noverunt testimonia tua. Fiat
cor meum immaculatum: in iustifi
cationibus tuis ut non confundar.
Defecit in salutare tuum ps.
anima mea et in verbum tu
um supersperavi. Defecerunt oculi
mei in eloquium tuum dicentes quan
do consolaberis me. Quia factus
sum sicut uter in pruina: iustifica
tiones tuas non sum oblitus. Quot
sunt dies servi tui: quando facies de
persequentibus me iudicium. Nar
raverunt michi iniqui fabulatio
nes sed non ut lex tua. Omnia
mandata tua veritas: inique perse
cuti sunt me adiuva me. Paulo
minus consummaverunt me in terra

ego autem non dereliqui mandata
tua. Secundū misericordiā tuā
viuifica me: et custodiā testimonia
oris tui. Psalmus dauid.
In eternum domine: verbū
tuum pmanet in celo. In gene
neratione et generationem veritas
tua: fundasti terram et pmanet.
Ordinatione tua perseuerat dies:
quoniā omnia seruiunt tibi. Nisi
quod lex tua meditatio mea est tūc
forte perissem in humilitate mea.
In eternū non obliuiscar iustifi
cationes tuas: quia in ipsis viuifi
casti me. Tuus sum ego saluū
me fac quoniam iustificationes tu
as exquisiui. Me expectauerunt

peccatores ut perderent me testimonia
tua intellexi. Omnis cõsũmatio
nis vidi finem: latum mandatum
tuum nimis. Psalmus.
Quomodo dilexi legem tuã do
mine: tota die meditatio mea est.
Sup inimicos meos prudentem
me fecisti mandato tuo: quia inet
nũ michi est. Sup omnis docẽtes
me intellexi: quia testimonia tua
meditatio mea est. Super senes
intellexi: quia mandata tua quesi
ui. Ab omni via mala prohibui
pedes meos ut custodiam verba tua.
A iudiciis tuis non declinaui: quia
tu legem posuisti michi. Quam
dulcia faucibus meis eloquia tua

sup mel ori meo. A mandatis tu-
is intellexi: propterea odiui omnē
uiam iniquitatis. psalm̄
Lucerna pedibus meis uerbū
tuum: et lumen semitis meis. Iu-
raui et statui custodire iudicia iusti-
cie tue. Humiliatus sum usq;q̄
q; domine: uiuifica me secundum
uerbū tuū. Voluntaria oris me-
i beneplacita fac dn̄e: et iudicia tu-
a doce me. Anima mea in ma-
nibus meis semp: et legem tuam
non sum oblitus. Posuerunt
peccatores laqueū michi: et de mā-
datis tuis non erraui. Hereditate
te acquisiui testimonia tua in eter-
nū: quia exultatio cordis mei sūt

Inclina cor meũ ad faciendas
iustificationes tuas in eternũ prop
ter retributionem. psalm᷑
Iniquos odio habui: et legẽ
tuam dilexi. Adiutor ⁊ susceptor
meus es tu et in verbũ tuũ super
speravi. Declinate a me malig
ni: et scrutabor mandata dei mei.
Suscipe me secundũ eloquium
tuum et vivam: et non confundas
me ab exspectatione mea. Adiu
va me et salvus ero: et meditabor
in iustificationibus tuis semper.
Sprevisti omnes discedentes a iu
diciis tuis quia iniusta cogitatio
eorũ. Prevaricantes reputavi
oĩs peccatores terre: ideo dilexi tes

timonia tua. Confige timore tu
o carnes meas: a iudiciis enim tuis
timui. Feci iudicium Ps. d. timui.
et iusticiam non tradas me
calumpniantibus me. Suscipe
seruũ tuum in bonum: non calũp
nientur me superbi. Oculi mei de
fecerunt in salutare tuum: et in elo
quiũ iusticie tue. Fac cum seruo
tuo secundũ misericordiam tuam
et iustificationes tuas doce me.
Seruus tuus sum ego da michi
intellectũ: ut sciam testimonia tu
a. Tempus faciendi domine:
dissipauerunt legẽ tuã. Ideo di
lexi mandata tua sup aurum et to
pazion. Propterea ad omnia

mandata tua dirigebar omnē viā
iniquam odio habui. Psalmus.
Mirabilia testimonia tua do
mine: ideo scrutata est ea a
nima mea. Declaratio sermo
num tuorum illuminat: et intel
lectum dat puulis. Os meum
aperui et attraxi spiritum: quia mā
data tua desiderabam. Aspice i
me et miserere mei: secundum iu
diciū diligentiū nomen tuū. Gres
sus meos dirige secundū eloquiū
tuū: et non dominetur mei omīs
in iustitia. Redime me a calūp
niis hominum: ut custodiā man
data tua. Faciem tuā illumi
na sup seruum tuū: doce me iusti

ficationes tuas. Exitus aquarum
deduxerunt oculi mei: quia non cu
stodierunt legem tuam. Ps.
Iustus es domine: et rectum
iudicium tuum. Mandasti iustici
am testimonia tua: et ueritatem tu
am nimis. Tabescere me fecit
zelus meus: quia obliti sunt uerba
tua inimici mei. Ignitum eloqui
um tuum uehementer: et seruus
tuus dilexit illud. Adolescentu
lus sum ego et contemptus iustifica
tiones tuas non sum oblitus. Iusi
ticia tua iusticia in eternum: et lex
tua ueritas. Tribulatio et an
gustia inuenerunt me: mandata
tua meditatio mea est. Equitas

testimonia tua in eternum: intellectum
da michi et uiuam. Psalmus dd'.
Clamaui in toto corde exaudi
me domine: iustificationes
tuas requiram. Clamaui ad te
saluum me fac: ut custodiam man
data tua. Preueni in maturita
te et clamaui: quia in uerba tua su
persperaui. Preuenerunt oculi mei
ad te diluculo: ut meditarer eloquia
tua. Vocem meam audi secun
dum misericordiam tuam domine: et secun
dum iudicium tuum uiuifica me. Ap
propinquauerunt persequentes me
iniquitati: a lege autem tua longe
facti sunt. Prope esto domine: et
omnes uie tue ueritas. Initio cog

nom de testimoniis tuis: quia in eternum fundasti ea. Psalm[us]
Vide humilitatem meam et eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.
Iudica iudicium meum et redime me: propter eloquium tuum vivifica me. Longe a peccatoribus salus quia iustificationes tuas non exquisierunt. Misericordie tue multe domine: secundum iudicium tuum vivifica me. Multi qui persequuntur me et tribulant me: a testimoniis tuis non declinavi. Vidi prevaricantes et tabescebam quia eloquia tua non custodierunt. Vide quoniam mandata tua dilexi domine in misericordia tua vivifica me. Prin

cipium uerborum tuorum ueritas: in
ternum omnia iudicia iustitie tue. ps.
Principes persecuti sunt me
gratis: et a uerbis tuis for
midauit cor meum. Letabor ego
super eloquia tua sicut qui inue
nit spolia multa. Iniquitatem
odio habui et abhominatus sum
legem autem tuam dilexi. Sep
ties in die laudem dixi tibi: super iudici
a iustitie tue. Pax multa diligen
tibus legem tuam: et non est illis
scandalum. Expectabam salu
tare tuum domine: et mandata tua
dilexi. Custodiuit anima mea testi
monia tua: et dilexit ea uehementer.
Seruaui mandata tua in testimo

nia tua: quia omīs vie mee in con
spectu tuo. Psalmus dd'.
Appropinquet deprecatio me
a in conspectu tuo dn̄e: iuxta eloq̄ū
tuū da michi intellectū. Intret
postulatio mea in conspectu tuo: se
cundū eloquiū tuū eripe me. Eruc
tabunt labia mea ympnū cum do
cueris me iustificationes tuas.
Pronunciabit lingua mea elo
quium tuū: quia omnia manda
ta tua equitas. Fiat manus
tua ut salvet me: quoniā manda
ta tua elegi. Concupivi saluta
re tuū dn̄e: et lex tua meditatio me
a est. Vivet anima mea et lau
dabit te: et iudicia tua adiuvabūt

me. [E]rraui sicut ouis que periit q̄re seruum tuū domine quia mandata tua non sum oblitus. [K]yriel. [X]pisteleyson [K]yrieleyson. pater noster. Et ne nos. Psalmus

[D]omine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā: et resurrectionem meā. [I]ntellexisti cogitationes meas de longe: semitam meā et funiculum meū inuestigasti. [E]t omnes uias meas preuidisti: quia non est sermo in lingua mea. [E]cce dn̄e tu cognouisti omnia nouissima et antiqua: tu formasti me et posuisti super me manum tuam. [M]irabilis facta est sciētia

tua ex me confortata est et non pote
ro ad eam. Quo ibo a spũ tuo et
quo a facie tua fugiam. Si ascẽ
dero in celũ tu illic es: si descendero
ad infernũ ades. Si sumpsero
pennas meas diluculo et habita
vero in extremis maris. Et enim
illuc manus tua deducet me: et tene
bit me dextera tua. Et dixi forsi
tan tenebre conculcabunt me: et
nox illuminatio mea in delicijs me
is. Quia tenebre non obscura
buntur a te et nox sicut dies illũ
nabitur: sicut tenebre eius ita et lu
mẽ eius. Quia tu possedisti re
nes meos: suscepisti me de utero ma
tris mee. Confitebor tibi quia

terribiliter magnificatus es mirabi
lia opa tua: et anima mea cognos
cet nimis. Non est occultatũ os
meũ a te quod fecisti in occulto: et
substantia mea in inferioribz terre.
Inpfectũ meũ viderunt oculi
tui et in libro tuo omñs scribentur
dies formabuntur et nemo in eis.
Michi autẽ nimis honorificati
sunt amici tui deus: nimis confor
tatus est principatus eorũ. Di
numerabo eos et sup arenã mul
tiplicabuntur: exsurrexi et adhuc
sum tecũ. Si occideris deus pec
catores viri sanguinũ declinate a
me. Quia dicitis in cogitatio
ne: accipiant in vanitate civita

tes suas. Nonne qui oderūt te do
mine oderam: et sup inimicos tu
os tabescebam. Perfecto odio o
deram illos inimici facti sūt michi.
Proba me deus ⁊ scito cor meū ī
terroga me et cognosce semitas
meas. Et vide si via iniquita
tis in me est: et deduc me in via e
terna. Requiem eternā dona e
is domine: et lux perpetua luceat
eis. Vers. A porta inferi: erue domine
animas eorū. Credo videre bona do
mini. In terra viuentiū. Dñe ex
audi: Et clamor. Oremus. Oro.
Tibi dñe cōmendamus ani
mā famuli tui et animas
famulorū famularūqȝ tuarū ut

defuncti seculo tibi uiuant et que p
fragilitatem humane conuersa
tionis pecca dimiserunt tu uenia mi
sericordissime pietatis absterge. P
xpm dnm nostrum amen. Oratio.
Misericordiam tuā dñe sanc
te pater omps eterne deus
pietatis affectu rogare pro aliis co
gimur qui pro nr̄is supplicare pec
catis nequaquā sufficimus tamē
de tua confisi gratuita pietate et in
olita benignitate clementiā tuam
deposcimus ut aīas fideliū tuorū
ad te reuertentes cū pietate suscipi
as assit eis angelus testamenti tui
michael et per manus scōrū ange
lorum tuorꝫ inter sanctos τ electos

tuos in sinum abrahe ysaac et iacob patriarcharum tuorum eas colloca re digneris. quatenus liberate de prin cipibus tenebrarum et de locis penar nullis iam proprie natiuitatis uel ignorantie aut proprie iniquitatis seu fragilitatis confundantur erro ribus sed pocius agnoscantur a tu is et sancte beatitudinis requie per fruantur atque cum magni iudicii dies aduenerit inter sanctos et elec tos tuos resuscitate gloria manifes te contemplationis tue perpetuo sa cientur. Per xpm dnm nostrum amen.








Incipit psalteriū de passione dñi.



Eus deus meus
respice in me q̄re
me dereliquisti
longe a salute
mea: uerba delic
torum meorum.
Deus meus clamabo per diem et
non exaudies: et nocte et non ad in
sipienciam michi. Tu autem ī
sancto habitas: laus israel. In
te sperauerunt patres nostri spera
uerunt et liberasti eos. Ad te cla
mauerunt et salui facti sunt. in te
sperauerunt et non sunt confusi.
Ego autem sum uermis et nō
homo opprobriū et abiectio plebis



Omnes uidentes me deriserūt me
locuti sunt labijs ⁊ mouerūt cap.
Sperauit in domino eripiat eū
saluum faciat eū qm̄ uult eum.
Qm̄ tu es qui extraxisti me de uē
tre spes mea ab uberibus matris
mee in te proiectus sum ex utero.
De uentre matris mee deus me
us es tu: ne discesseris a me. Qm̄
tribulatio proxima est: et non est
qui adiuuet. Circumdederunt
me uituli multi tauri pingues
obsederūt me. Aperuerunt sup
me os suum: sicut leo rapiens ⁊
rugiens. Sicut aqua effusus
sum: et dispersa sunt omnia ossa
mea. Factum est cor meū tam

quã cera liquescens in medio uẽtris
mei. Aruit tamq̃ testa uirtus
mea et lingua mea adhesit faucibz
meis: et in puluerẽ mortis deduxis
ti me. Quoniã circumdederũt me
canes multi consiliũ malignanci
um obsedit me. Foderunt ma
nus meas et pedes meos dinume
rauerunt omnia ossa mea. Ipsi
uero considerauerũt et inspexerunt
me diuiserũt sibi uestimenta mea
et sup uestem meã miserunt sortẽ.
Tu autẽ ne elongaueris auxili
um tuum a me: et defensionẽ meã
conspice. Erue a framea deus a
nimã meam et de manu canis unĩ
cam meã. Salua me ex ore leo

nis: et a cornibus unicorniũ humi
litatem meam. Narrabo nomẽ
tuũ fratribus meis: in medio ecclesi
e laudabo te. Qui timetis dñm
laudate eum uniuersũ semẽ iacob
glorificate eũ. Timeat eũ omne
semen israel: quoniam nõ spreuit
neqz despexit deprecationẽ pauperũ.
Nec auertit faciem suam a me:
et dum clamarẽ ad eum exaudiuit
me. Apud te laus mea in eccle
sia magna: uota mea reddam in
conspectu timentiũ eũ. Edent
pauperes et saturabuntur et lauda
bunt dñm qui requirũt eũ: uiuẽt
corda eorũ in seculũ seculi. Re
miniscentur et conuertentur ad

dominum: universi fines ter. Et
adorabunt in conspectu eius: univ
se familie gentiū. Quoniam dñi
est regnum: et ipse dominabitur gē
tiū. Manducaverunt et adoraue
runt omnes pingues terre: in conspec
tu eius cadent omnes qui descendunt
in terram. Et anima mea illi vi
vet: et semen meū serviet ipsi. An
nuntiabitur domino generatio ve
tura et annuntiabunt celi iusticiā
eius populo qui nascetur quē fecit
dñs. Gloria pr̄i. Sicut erat.
Dominus regit me et nichil m̄. ps
Domini est terra et plenitudo. ps.
Ad te dñe levavi aīam meam
deus meus in te. ut sup̄. psalmus.

Iudica me dñe quoniã ego ĩ
innocentia mea ingressus
sum: et in domino sperans non in
firmabor. Proba me domine et
tempta me: ure renes meos et cor
meum. Quĩ misericordia tua
ante oculos meos est: et complacui
in ueritate tua. Non sedi cum cõ
silio uanitatis: et cum iniqua gerẽ
tibus non introibo. Odiui eccle
siam malignancium: et cum impijs
non sedebo. Lauabo inter ĩno
centes manus meas: et circunda
bo altare tuũ dñe. Et audiam
uocem laudis tue: et enarrẽ uniũ
sa mirabilia tua. Dñe dilexi
decorẽ domus tue et locum habita

nonis glorie tue. Ne perdas cum impiis deus animam meam: et cum viris sanguinum vitam meam. In quorum manibus iniquitates sunt dextera eorum repleta est muneribus. Ego autem in innocentia mea ingressus sum redime me et miserere mei. Pes enim meus stetit in directo in ecclesiis benedicam te domine. Ps.

Dominus illuminatio mea. etc.

Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me nequando taceas a me: et assimilabor descendentibus in lacum. Exaudi domine vocem deprecationis mee dum oro ad te dum extollo manus meas: ad templum sanctum tuum. Ne simul

tradas me cum peccatoribus opan
tibus iniquitatē: et cum uiris san
guinū ne pdas me. Qui loquūtr
pacē cum proximo suo: mala autē
in cordibus eorū. Da illis secun
dū opa eorum: et secundū nequitiā
ad inuentionū ipsor. Secundū
opa manuū eorum retribue eis red
de retributionē eorū ipsis. Quo
niā non intellexerunt opa domini:
et in opa manuū eius destrues illos
et non edificabis eos. Benedict'
dominus: qm̄ non exaudiuit uocē
deprecationis mee. Dn̄e adiutor
meus et protector meus in ipo spera
uit cor meū et adiutus sū. Et re
floruit caro mea: et ex uoluntate

mea confitebor illi. Dominus for
titudo plebis sue: et protector salua
tionũ xpĩ sui est. Saluum fac po
pulũ tuum domine et benedic here
ditati tue et rege eos et extolle illos
usq; in eternũ. *Psalmus.*
Afferte domino filii dei afferte
domino filios arietũ. Afferte do
mino gloriam et honorem: afferte
domino gloriã nomini eius adora
te dñm in atrio scõ eius. Vox dñi
in uirtute: uox dñi in magnificẽtia.
Vox domini confringentis cedros.
et confringet dominus cedros liba
ni. Et cõminuet eos tamq̃ uitu
lũ libani et dilectus quẽadmodũ
filius unicorniũ. Vox domini

intercedentis flammam ignis uox
domini concucientis desertum: et cõ
monebit dñs desertum cades. Vox
dñi preparantis ceruos ⁊ reuelabit
condensa ⁊ in templo eius omñs di
cent gloriã. Dominus diluuiũ
in habitare facit: et sedebit dñs rex
in eternũ. Dominus uirtutẽ po
pulo suo dabit: dominus benedicet
populo suo in pace. Gloria. ps.
Exaltabo te domine. ut sup̃. ps.
In te domine speraui non con
fundar ineternũ in iusticia
tua libera me. Inclina ad me au
rẽ tuã: accelera ut eruas me. Esto
michi in deum protectorẽ: et in do
mũ refugii ut saluum me facias.

178

Quoniam fortitudo mea et refugium meum es tu: et propter nomen tuum deduces me et enutries me. Educes me de laqueo quem absconderunt michi quoniam tu es protector meus. In manus tuas commendo spiritum meum redemisti me domine deus veritatis. Gloria patri. Sicut erat. ut supra.

Beatus vero iheronimus in hoc modo psalterium istud disposuit sicut angelus domini docuit eum per spiritum sanctum porro propter hoc abbreviatum quod hii qui sollicitudinem huius seculi habent vel homines qui in infirmitatibus iacent aut qui iter longum agunt seu qui

naufragio navigant aut qui bel
lū cōmissūri sūt contra hostes seu
qui militant contra invidiā dyabo
lorū aut qui votū voverit domino
cantare cotidie integrū psalterium
non possūt aut qui ieiunant et ie
iunio nimiū debilitantur ꝛ qui fes
ta solempnia nō custodiūt et qui
animā suam salvā volunt facere se
cundū misericordiā dei et vitā eter
nā volunt habere assidue cantent
hoc psalterium et possidebūt regnū
eternum. Oratio.

Suscipere digneris domine
deus omnipotens istos psalmos
consecratos quos ego indignus de
cantare cupio in honore nominis

tm dñe beate marie uirginis et oĩ
um scõrũ tuor pro me miserrimo
famulo ⁊ pro genitore meo et geni
trice seu pro cunctis consanguineib;
meis benefactoribus ⁊ elemosina
rijs meis et pro illis qui in me fidu
ciã habent siue pro pctis fideliũ si
ue defunctis ac uiuis. Concede queso
dñe ihũ xpe ut isti psalmi nobis
omnibus proficiant ad salutẽ et
ad ueram penitentiã faciendã om
niũ peccator nrorũ remissionem
ĩpetrandam prestante dño nro ihe
su xpo. Qui uiuis ⁊ regnas deus.
P omnia secula seculorũ. Amẽ.



Incipit psalterium bti iheronimi

Verba mea auri
bus percipe dn̄e
intellige clamo
rem meū. In
tende voci ora
tionis mee rex
meus et deus meus. Domine
ne in furore tuo arguas me neq̄ȝ in
ira tua corripias me. Miserere
mei domine quoniam infirmus
sum sana me domine quoniam
conturbata sunt omnia ossa me
a. Et anima mea turbata est
valde sed tu domine usq̄ȝq̄. Cō
vertere domine et eripe animam
meā salvum me fac ꝑpter miām

tuam. Respice et exaudi me dn̄e de
us meus illumina oculos meos
ne umquā obdormiā in morte.
Perfice gressus meos in semitis
tuis ut non moveantur vestigia
mea. Ego clamavi qm̄ exaudi
sti me deus: inclina aurem tuam
michi et exaudi verba mea. Mira
fica misericordias tuas qui salvos
facis sperantes in te. Custodi
me domine ut pupillam oculi sub
umbra alarum tuarū protege me
a facie impiorū qui me afflixerūt
Ab occultis meis munda me dn̄e
et ab alienis parce servo tuo. Tu
autem dn̄e ne longe facias auxi
liū tuū a me: ad defensionē meā

conspice. Erue a framea deus a
nimam meam et de manu canis
unicā meā. Salua me ex ore le
onis ⁊ a cornibus unicornuū hūi
litatem meā. Narrabo nomē
tuum fratribus meis in medio ec
clesie laudabo te. Vias tuas do
mine demonstra michi ⁊ semitas
tuas edoce me. Remento mise
rationū tuarum domine: et mise
ricordiarū tuarū que a seculo sūt.
Delicta iuuentutis mee ⁊ igno
rancias meas ne memineris. Se
cundū misericordiā tuā memen
to mei tu propter bonitatem tuā
dn̄e. Dulcis ⁊ rectus dn̄s. Prop
ter nomen tuū dn̄e propiciaberis

peccato meo multū est enī. Vide
humilitatem meā et laborem meū
et dimitte omnia pccā mea. Ne
perdas cum impiis deus animam
meā: et cum viris sanguinū vitam
meā. In quorū manibus iniq
tates sunt dextera eorū repleta ē mu
neribꝫ. Exaudi dn̄e vocem meā
qua clamavi ad te miserere mei et
exaudi me. Ne avertas faciem
tuā a me ne declines in ira a servo
tuo. Adiutor meus esto dn̄e ne
derelinquas me. neqꝫ despicias me
deus salutaris meus. Legē po
ne michi dn̄e in via tua et dirige
me in semita recta propter inimi
cos meos. Ne tradideris me in

animas tribulanciũ me quoniã
insurrexerunt in me. Ad te dñe
clamabo deus meus ne sileas a me
et assimilabor descendentibus in la
cu. Exaudi domine vocem depre
cationis mee dum oro ad te dñe extol
lo manus meas ad templũ sanctũ
tuũ. Ne simul tradas me cũ pec
catoribus: et cum operantibus iniq
tate ne pdas me. Salvum fac
populum tuum domine et benedic
hereditati tue: et rege eos et extolle
illos usq3 in eternũ. In te dñe
speravi non confundar in eternum
in iusticia tua libera me et eripias
me. Inclina dñe aurem tuã:
accelera ut eruas me. Esto michi

in deum protectore͂: et in domu͂ refu
gij ut saluum me facias. In ma
nus tuas dn͂e co͂mendo spiritu͂ me
um redemisti me. libera me ⁊ eripe
me de manibus inimicoru͂ meoru͂.
Illumina faciem tua͂ sup seruu͂
tuum et saluu͂ me fac i m͂ia tua do
mine non confundar q͂m inuocaui
te. Benedicam dn͂m in om͂i tem
pore semp laus eius in ore meo.
In domino laudabitur anima
mea audiant mansueti et letentur.
Magnificate dn͂m mecu͂: et exal
temus nomen eius in idip͂m. Iu
dica dn͂e nocentes me: expugna i
pugnantes me. Apprehende
arma et scutu͂: et exurge in adiu

torium michi. Ne sileas dne ne disce
das a me: exurge et intende iudicio
meo domine deus meus. Extende
misericordiam tuam scientibus te
et iusticiam tuam hiis qui recto sunt
corde. Non veniat michi pes su
perbie et manus peccatoris non mo
veat me. Ne derelinquas me do
mine deus meus: ne discesseris a
me. Intende in adiutorium meum
dne deus salutis mee. Exaudi
domine orationem meam et depreca
tionem meam auribus percipe lacrimas
meas. Ne sileas quia advena
sum ego apud te: et peregrinus
sicut omnes patres mei. Remitte
te michi ut refrigerer priusquam

abeam: et amplius nō ero. Qm̄
circumdederunt me mala quorum
non est numerus comprehenderūt
me iniquitates mee: et non potui ut
viderē. Multiplicati sunt sup ca
pillos capitis mei et cor meū dereli
quit me. Complaceat tibi dñe ut
eruas me domine ad adiuvandum
me respice. Adiutor meus et pro
tector meus tu es: dñe deus meus ne
tardaveris. Ego dixi dñe miserere
mei: sana animam meā quia pec
cavi tibi. Quare faciem tuā aui
tis obliviscēris inopie nr̄e et tribu
lationis nr̄e. Exurge dñe adiu
va nos: et libera nos propt nomē
tuū. Miserere mei deus secundū

magnam misericordiã tuã. Et se
cundũ multitudinẽ miserationum
tuarum dele iniquitatẽ meã. Am
plius laua me ab iniquitate mea
et a peccato meo munda me. Aũ
te faciem tuam a pccĩs meis et omĩs
iniquitates meas dele. Cor mũ
dum crea in me deus et spiritũ rec
tũ innoua in uisceribus meis. Ne
proicias me a facie tua et spiritum
sanctum tuũ ne auferas a me. Red
de michi leticiam salutaris tui et
spũ principali confirma me. Do
mine labia mea aperies et os meũ
annũtiabit laudem tuã. Deus
in nomine tuo saluũ me fac et in
uirtute tua iudica me. Deus ex

audi orationē meam: auribus pa
pe uerba oris mei. Qm̄ alieni in
surrexerunt aduersum me et fortes
quesierunt aīām meā et non propo
suerūt deum ante conspectū suum.
Ecce enim deus adiuuat me ꝛ do
minus susceptor est anime mee.
Auerte mala inimicis meis ꝛ in
ueritate tua disp̄de illos. Exau
di deus orationem meā: et ne despex
eris deprecationē meā. Intende
michi et exaudi me in deo laudabo
uerbū in dn̄o laudabo sermonē in
dn̄o speraui non timebo quid faci
at michi homo. In me sūt deus
uota tua que reddam laudationes
tibi. Qm̄ eripuisti aīām meā

de morte et pedes meos de lapsu: ut
placeam coram deo in lumine uiuē
ciū. Miserere mei deus miserere mei
q̄m in te confidit aīa mea. Et
in umbra alarum tuarū sperabo
donec transeat iniquitas. Eri
pe me de inimicis meis deus meus
et ab insurgentibus in me libera
me. Eripe me de operantibus ī
quitatem et de uiris sanguinū sal
ua me. Ego uero orationē meā
ad te domine tempus beneplaciti
deus. In multitudine mise
ricordie tue exaudi me in ueritate
salutis tue. Eripe me de luto
ut non infigar libera me ab hijs
qui oderūt me et de profūdis aq̄r.

Non me demergat tempestas a
que neqz absorbeat me profundum
neqz urgeat sup me puteus os suu͞.
Exaudi me domine qm benigna
est misericordia tua: secundu͞ mul
titudine͞ miseratonu͞ tuaru͞ respice
in me. Intende anime mee i li
bera eam: propter inimicos meos
eripe me. Deus in adiutorium
meum intende: domine ad adiuua͞
du͞ me festina. Ego vero egenus
et paup sum deus adiuua me.
Adiutor meus i liberator meus
es tu dn͞e ne moreris. In te dn͞e
speraui non confundar ineternu͞ in
iustitia tua libera me. Inclina
ad me aure͞ tua͞ et salua me. Es

to michi in deum protectorem et in lo
cū munitū ut saluū me facias: et tu
dn̄e adiutor fortis. Repleatur os
meū laude ut cantem gloriam tuā
Ne proicias me in tempore senec
tutis mee cū defecerit virtus mea ne
derelinquas me. Deus ne elon
geris a me deus meus in auxilium
meū respice. Ego autem semp
sperabo: et adiciam sup omnē lau
dem tuam. Os meum annūtia
bit iusticiam tuam tota die salutā
re tuū. Ne tradas bestijs aīas
confitencium tibi et animas pau
perū tuorū ne obliuiscaris in finē.
Respice in testamentum tuum
quia repleti sunt qui obscurati sūt

terre domibus iniquitatum. Adiu
ua nos deus salutaris noster et propter
gloriam nominis tui domine libera nos
et propicius esto peccatis nostris propter
nomen tuum. Excita domine potenci
am tuam et ueni ut saluos facias nos.
Deus uirtutum conuerte nos et os
tende faciem tuam et salui erimus.
Conuerte nos deus salutaris noster
et auerte iram tuam a nobis. Num
quid in eternum irasceris nobis aut
extendes iram tuam a generatione in
generationem. Deus tu conuersus
uiuificabis nos: et plebs tua leta
bitur in te. Ostende nobis domine
misericordiam tuam et salutare tuum
da nobis. Inclina domine aurem

187

tuam et exaudi me: qm inops et
paup sũ ego. Custodi aiãm meã
qm peccator sum saluum fac seruũ
tuum deus meus sperantem in te.
Miserere mei dñe qm ad te clama
ui tota die letifica animã serui tui
qm ad te domine aiãm meã leua
ui. Et tu domine deus misera
tor et misericors paciens et multe
misericordie et uerax. Respice i
me et miserere mei: da imperium
puero tuo z saluũ fac filium ancil
le tue. Fac mecum signũ in bo
no ut uideant qui oderũt me z con
fundantur qm tu dñe adiuuisti me
et consolatus es me. Dñe deus sa
lutis mee in die clamaui et nocte

coram te. Intret oratio mea in cō
spectu tuo domine inclina aurē tuā
ad precē meā. Ubi sūt misericor
die tue antique domine: sicut iurasti
ti david in veritate tua. Memor
esto dn̄e opprobrij servorum tuor q̄d
continui in sinu meo multarū gen
ciū. Et sic splendor dn̄i dei nostri
sup nos: et opus manuū nostrarū
dirige. Domine exaudi orationē
meam: et clamor meus ad te veni
at. Non avertas faciē tuā a me
in quacunqȝ die tribulor inclina
ad me aurem tuā. In quacūqȝ
die invocavero te velociter exaudi
me. Ne revoces me in dimidio
dierum meor in generatione i ge

neratione annu tui. Initio tu domine terram fundasti: et opa manuum tuarum sunt celi. Et tu domine fac mecum propter nomen tuum quia suavis est misericordia tua. Libera me quia egenus et paup sum ego: et cor meum conturbatum est in me. Sicut umbra cum declinat ablatus sum: et excussus sum sicut locuste. Adiuva me domine deus meus salvum me fac propter misericordiam tuam. Retribue servo tuo vivifica me: et custodiam sermones tuos. Revela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua. Viam iniquitatis amo

ue a me et de lege tua miserere mei.
Viam veritatis elegi: et iudicia
tua nō sum oblitus. Deduc me
in semita mandator̄ tuor̄: quia
ipsam volui. Inclina cor meū
in testimonia tua et non in auari
ciā. Auerte oculos meos ne vi
deant vanitatē in via tua viuifi
ca me. Statue seruo tuo eloqū
tuū in timore tuo. Bonitatē et
disciplinā et scientiam doce me:
quia mandatis tuis credidi. Bo
nus es tu et in bonitate tua doce
me iustificationes tuas. Fiat
misericordia tua dn̄e ut consoletur
me: secundū eloquiū tuū seruo
tuo. Veniant michi miseratio

nes tue et vivam: quia lex tua medita
tio mea est. Fiat cor meum imma
culatum in iustificationibus tuis non
confundar. Humiliatus sum us
quequaque domine: vivifica me secundum ver
bum tuum. Voluntaria oris mei
beneplacita fac domine: et iudicia tua
doce me. Anima mea in mani
bus meis semper: et legem tuam non sum
oblitus. Suscipe me secundum elo
quium tuum et vivam: et non confun
das me ab exspectatione mea. Ad
iuva me et salvus ero et medita
bor in iustificationibus tuis semper.
Fac cum servo tuo secundum mise
ricordiam tuam: et iustificationes tu
as doce me. Servus tuus sum

ego da michi intellectum ut sciam
testimonia tua. Respice in me
et miserere mei: secundum iudiciũ
diligenciũ nomẽ tuũ. Gressus
meos dirige scd'm eloquium tuũ
et non dominetur mei omnis iniu
sticia. Redime me a calupniis
hoim ut custodiã mãdata tua. Fa
ciem tuã illumina sup seruũ tuũ
et doce me iustificationes tuas. Vi
de humilitatẽ meã et eripe me: qui
a legẽ tuã non sũ oblitus. Iudi
ca iudiciũ tuũ et redime me propt'
eloquiũ tuũ uiuifica me. Appro
pinquet deprecatio mea in conspec
tu tuo dñe: iuxta eloquiũ tuũ da
michi intellectũ. Intret postu


latio mea in cõspectu tuo secundũ
eloquiũ eripe me. Eructabũt la
bia mea ymnũ cum docueris me
iustificationes tuas. Fiat ma
nus tua ut saluet me q̃m mãdata
tua elegi. Concupiui salutare
tuũ dñe: et lex tua meditatio mea
est. Viuet aĩa mea ⁊ laudabit te
et iudicia tua adiuuabũt me. Er
raui sicut ouis que periit q̃re seruũ
tuũ dñe quia mandata tua non sũ
oblitus. Miserere nobis dñe mise
rere nobis quia multũ repleti su
mus despectione. Benefac dñe
bonis ⁊ rectis corde. Conuerte dñe
captiuitatẽ nr̃am sicut torrẽs in
austro. De profundis clamaui


ad te dñe: dñe exaudi uocem meam.
Fiant aures tue intendẽtes in uocẽ
deprecationis mee. In quacũqꝫ
die inuocauero te uelociter exaudi me
multiplicabis ĩ aĩa mea uirtutẽ.
Pone dñe custodiã ori meo ĩ hos
tiũ circũstãcie labijs meis. Non de
clines cor meũ in uba malicie ad ex
cusandas excusationes in pccĩs. In
tende ad deprecationẽ meã: qr humi
liatus sũ nimis. Libera me a p
sequẽtibus me quia confortati sũt
sup me. Educ de carcẽ aĩam meã
ad confitendũ nomĩ tuo dñe. Ps.
Domine exaudi orõnẽ meã
auribꝫ percipe obsecrationẽ
meam in ueritate tua exaudi me ĩ

tua iustitia. Et non intres in iudi
cium cum servo tuo quia non iustificabitur
in conspectu tuo omnis vivens. Quia
persecutus est inimicus animam meam
humiliavit in terra vitam meam. Velo
citer exaudi me domine defecit spiritus me
us. Non avertas faciem tuam a
me et similis ero descendentibus in la
cum. Auditam fac michi mane mi
sericordiam tuam quia in te speravi. No
tam fac michi viam in qua ambulem
quia ad te levavi animam meam.
Eripe me de inimicis meis domine
ad te confugi doce me facere volunta
tem tuam quia deus meus es tu. Spiritus
tuus bonus deducet me in terram
rectam propter nomen tuum domine vivificabis

bis me in equitate tua. Educes de
tribulatione aiam meã : in mĩa tu
a disp̃des oĩs inimicos meos. Et
p̃des oĩs qui tribulant aiam meã
qm̃ ego servus tuus sũ. Gla. or.

Omnipotẽs sempiterne deus
clementiã tuã suppliciter
deprecor: ut me famulũ tuũ tibi fi
deliter servire concedas et pseveran
tiã bonã et felicem cõsummationẽ
michi largiri digneris: ut hoc psal
terium quod in conspectu tuo decã
tatu fiat ad salutẽ et remedium a
nime mee. omniumqȝ delictorũ
meorũ veniam ac vivis et defũc
tis ad vitam sempiternã. Amen.





quoniam adhuc confitebor illi salu
tare vultus mei et deus meus. Re
quiem eternã. Ant. Sitivit anima
mea ad deum fontem vivũ quando
veniã et apparebo ante faciem dei.
Requiem eternam dona eis dñe. Et
lux ppetua luceat eis. Pater noster.
Et ne nos. Lectio septima.
Spiritus meus attenuabit
dies mei breviabuntur et solũ mi
chi superest sepulchrũ. Non peccavi et
in amaritudinibus moratur o
culus meus. Libera me dñe et pone
me iuxta te et cuius vis manus
pugnet contra me. Dies mei tran
sierunt cogitationes mee dissipate
sũt torquentes cor meũ. Noctem

uerterunt in diem et rursum post te
nebras spero lucem. Si sustinuero in
fernus domus mea est: et in tenebris
straui lectulum meũ. Putredini dixi
Pater meus es mater mea et soror
mea uermibus. Ubi est ergo nunc
prestolatio mea uel pacientia mea.
Tu es domine deus meus. Rꝫ. Pec
cantem me cotidie et non me penite
tem timor mortis conturbat me. q̃a
in inferno nulla est redemptio mise
rere mei deus et salua me. Vs. Deus
in nomine tuo saluum me fac et in
uirtute tua iudica me. Q̃a ĩ iferno.
Pelli mee consũp Lectio octaua
tis carnibus adhesit os me
um et derelicta sunt tantũmodo la

bia mea circa dentes meos. Miseremini
mei miseremini mei saltem vos ami
ci mei quia manus domini tetigit
me. Quare me persequimini sicut de
us et carnibus meis saturamini.
Quis michi tribuat ut scribantur
sermones mei. Quis michi det ut ex
arentur in libro stilo ferreo vel plumbi
lamina vel celte sculpantur in sili
ce. Scio enim quod redemptor meus
vivit et in novissimo die de terra su
recturus sum: et rursum circunda
bor pelle mea: et in carne mea videbo
deum salvatorem meum. Quem visurus
sum ego ipse et non alius et oculi
mei conspecturi sunt. Reposita est hec
spes mea in sinu meo. Rm Requiem

eternam dona eis domine: et lux p
petua luceat eis. V. Qui lasarum
resuscitasti a monumento fetidum
tu eis domine dona requiem: Et lux
p petua luceat eis. Lec. ix.

Quare de uulua eduxisti me
qui utinam consumptus essem
ne oculus me uideret fuissem qua
si non essem de utero translatus ad
tumulum. Nūquid non paucitas
dierū meorum finietur breui. Di
mitte ergo me domine ut plangā
paululum dolorem meū antequā
uadam et non reuertar ad terram
tenebrosam et optam mortis cali
gine terrā miserie et nullus ordo sed
sempiternus horror inhabitat.

R Libera me domine de morte eterna
in die illa tremenda quando celi mo
uendi sunt et terra: dum ueneris iu
dicare seculum ꝑ ignem. V. Dies il
la dies ire calamitatis et miserie di
es magna et amara ualde. Quando
celi. V. Quid ergo miserrimus quid
dicam uel quid faciam dum nil bo
ni ꝑferam ante tantum iudicem. Dum
ueneris. V. Creator omniū rerū de
us qui me de limo terre formasti et
mirabiliter proprio sanguine tuo
redemisti corpus qȝ meū licet modo
putrescat de sepulchro facias in die
iudicij resuscitari exaudi me ut ani
mā meā in sinu abrahe patriarche
tui iubeas collocari. Libera me dn̄e

℣. Libera me dn̄e de penis inferni. Qui
portas ereas confregisti et visitasti in
fernum et dedisti eis lumen ut viderent
te qui erant in penis tenebrarū. ℣. Cla
mantes et dicentes advenisti redēp
tor nr̄. Qui portas. ℣. Requiē eter
nā dona eis domine: et lux ppetua
luceat eis. Ant. Exultabunt. Ps. dd.
Miserere mei deus secundū. vers.
Ant. Exultabunt domino ossa hūi
liata. Ant. Exaudi. Ps. dd.
Te decet ymnus deus in syon
et tibi reddetur votum in ihrl'm.
